In hiis verba dixerunt. Unde sciendum quod deus dicitur pater noster triplicitur. ¶ Primo per creacionem et sic est pater bonorum et malorum. Deut. 32. Ipse enim est pater tuus qui fecit et creavit te. ¶ Per imitacionem sicut in misericordia mundicia pacientia primorum dileccione. Compassione subvencione iniuriarum dimissione et sic est pater solum iustorum. ¶ 3° per hereditatis celestis donacionem et sic est pater solum iustorum. ¶ Primo modo deus erat pater iudeorum sed 3° modo non. Dominus hec audiens dixit eis. Si deus pater vester esset diligeretis utique me quia ego ex deo patre processi per eternam generacionem et veni secundum carnem et non veni a me ipso tamen sed ille me misit qui in carne me constituit. quasi diceret si filii dei essetis loquelam meam non cognosceretis et sermonem meum audire non potestis id est non vultis. Causam dicam vobis quia vos ex patre dyabolo estis non per creacionem aut generacionem sed per imitacionem et desideria huius patris vestri vultis facere. Quod desiderium dyaboli est ut homines peccent. Quicumque igitur peccat desiderium dyaboli tamquam filius patris sui implet. Et sic ostendit quod secundum opera sua non erant filii dei sed dyaboli. ¶ Deinde describit opera dyaboli quorum 3^m est homicidium non tantum corporis sed et anime quod est gravius. Unde dicit. Ille homicida erat ab inicio non ferro sed lingua quia suggestione sua occidit primos parentes in anima et occasione in corpore quia per hoc dampnati sunt ad mortem. Quicumque ergo occidit hominem corde ore vel manu corporaliter vel spiritualiter est filius et imitator dyaboli. Mendacium vero dicit. Cum loquitur mendacium ex proprio loquitur. Ex quo enim recessit a prima veritate scilicet domino non amplius cavit cogitare loqui sive docere nisi mendacium. Sicut enim deo proprium est semper verum dicere et non posse mentiri ita dyabolo semper mentiri. Quicumque libenter igitur et frequenter contra proximum mendacium loquitur filius et imitator dyaboli efficitur. Suggerendo mendacium unde dicitur. Mendax est et pater eius scilicet mendacii. ¶ Quicumque igitur in se et in aliis mendacium diligit suggerit sive defendit est filius et imitator dyaboli. Et ut dominus probaret eos quod ipsi erant filii dyaboli eo quod diligebant mendacium ait. vos autem non creditis quia veritatem dico vobis. ac si diceret. Vos odio habetis veritatem et diligitis mendacium sicut pater vester diligit. ¶ Faciendo epylogum in hoc evangelio possumus dicere quod dominus in toto evangelio volt ostendere solum duo. ¶ Primum est quod duplex est servitus. una carnalis quo homo homini servit et hec est indifferens quia nec est peccatum nec est meritum. potest enim servus hominis libere servire deo et libere peccare si volt. Unde talis servitus non imputatur homini quo ad malum anime vel bonum. ¶ Alia est spiritualis quod homo per peccatum efficitur servus dyaboli vel peccati et ab hac peccator non potest liberari per se sed per graciam dei. 3^m est quod duplex est filiacio. una carnalis qua homo de patre et matre nascitur secundum carnem et hec est indifferens quia nasci de bono vel malo patre nichil interest quo ad animam ut de hoc patet exempla. Alia est spiritualis quod per imitacionem bonorum vel malorum operum. qui enim deum imitatur in operibus sanctis eius filius efficitur. Qui enim dyabolum imitatur in malis operibus dyaboli filius efficitur. Feria vi.

Erat dies festus iudeorum etc. Jo. v. Moraliter. Omnis peccator dicitur infirmus in infirmitate letali. ps. Miserere mei domine quoniam infirmus sum et timidus timiditate horribili. ps. Infixus sum in limo profundi. ps. quia clamat ps. Amplius lava me domine ab iniquitate etc. quo ad primum et secundum in tantum quod ad 2^m et quia quelibet infirmitas

Feria vi

dicitur hic medicamine. et quibus percunctis
sunt remedium. Secundo praesens eius loquitur
de quodam infirmo diu in infirmitate
iacente, quem dominus sanitati restituit. Et
de piscina aque in qua animalia in
sacrificium offerenda lavabantur. Que significat pe
nitentiam, in qua omnis immunditia pec
catoris abluitur. Curratur igitur peccator
infirmus ad medicum Christum et sanabitur,
et peccator immundus ad aquam penitentie et mun
dabitur. Dicatur igitur littera eius quod quadam
vice erat apud iudeos magnum festum
scilicet pentecostes vel cum quodam et confluebant
multi in ierusalem tamen quia tenebantur
ex legis mandato. Nunc quia una sola erat
civitas iudeorum populo. Tunc autem Christus erat
cum discipulis suis extra ierusalem et videns
multitudinem ire ad festum venit et ipse
cum discipulis suis. Quod fecit propter duo.
Primo quia multi conveniebant ad
festum ut praedicatione in eos lucraretur
et miracula faceret et per hoc sapientiam et
bonitatem et potentiam virtute sua ostenderet.
Secundo ut suo exemplo nos instrueret et
quod festa celebremus et ecclesias frequentemus.
Erat autem in ierusalem quedam piscina
manibus fabricata que dicebatur probati
ca a probaton quod grece est pecus. Eo quod
pecora et animalia que debebant offerri
ibi lavabantur. Ad quam venit Christus tamquam
pius medicus ut infirmos sana
ret qui iacebant in porticibus piscine.
Habebat enim v porticus in circuitu quasi ad
modum claustri in quibus homines infir
mi iacebant vel contra tempore pluvie
vel tempestate quiescebant. Et in medio erat
aqua huius mirabilis virtutis. Nam tempore quo
Christus praedicabat descendebat de celo huius pi
scine talis virtutis quod in dominum angelus de
scendebat de celo et commovebat et con
turbabat aquam piscine et tunc quicumque
prior descendisset in piscinam sanabatur
a quacumque detinebatur infirmitate. Prop
ter quod ibi erat magna multitudo cecorum

claudorum aridorum et aliorum infirmorum
expectantium commotionem piscine. Et di
citur piscina eo quod caret pisce. Sicut
lucus eo quod careat luce. Nam aqua
pluvialis ibi congregabatur et in talibus
aquis non nascuntur pisces. In hystoria
grecorum legitur quod angelus ramum de ligno
in quo peccavit adam ei tradidit quem
super tumulum patris plantavit qui cre
vit in arborem pulcherrimam et duravit
usque ad tempora salomonis. Quod salomon po
suit in domo saltus. Cum igitur regina
sabba venisset visitare salomonem mon
stravit in spiritu quod propter dominum lignum ade et filij
eius recuperari debebat. unde ita tamen
quod in ipso suspendendus erat quidam propter
cuius mortem regnum iudeorum deleri debebat.
Ideo salomon illud lignum in profundis
terre visceribus abscondi fecit in quo
loco postea dicta piscina facta est. Sed
tempore passionis Christi illud lignum ena
tavit et de eo crux domino parata est. Piscina
significat penitentiam propter v. Primo
quia in illa descendebat angelus, unde gra
tia dei que est angelus id est nuntius bo
nus de terra longinqua. Secundo quia angelus
movebat et conturbabat aquam. Et sic
recipiebat virtutem sanitatis et gratia
dei movet et conturbat cor peccatoris contra
seipsum et peccata ut non solum commissis
doleat sed omnino abstinere proponat. Tertio
quia in illa lavabantur corpora deo in
sacrificium offerenda et in hac scilicet in penitentia
lavantur anime deo offerende. ysaias. Lava
mini mundi estote et iterum lava a ma
litia cor tuum. Quarto quia in illa sanabatur
omnis infirmitas corporis et in ista spiri
tualis. Quinto quia in illa sanabatur tantum unus
id est unitus deo et primo unitate caritatis
coniunctus. Iste hec piscina v porticus
habebat et penitentia habet v conditiones que
sunt quasi introitus ad ipsam penitentiam.
Prima est consideratio dampni quod homo
incurrit quod est duplex. Primum est consideratio

mortis · circa quam cautius attendenda ¶ Primo
quia infra modicum tempus ueniet · et
tamen illud modicum est omnino incertum · et ideo
magis est timendum · Job · Nescium quod diu
subsistam ¶ Secundo mors sit subito sepe uenit
et preoccupat hominem · quod et uolens · non
potest sibi prouidere · nec de anima · nec de re
bus nec de filiis · I Thess · Cum dixerint pax
et securitas et cetera ¶ Tertio quia post mor
tem · non est tempus · nec locus penitentie
agendi · aut ueniam inueniendi · sed
qualis quisque inuentus fuit in morte sic
iudicabitur · 3a est consideratio passionis
Christi qui passus est pro peccatis nostris tol
lendis · qui ergo in peccato viuit · beneficium
passionis Christi contempnit · et de
manu eius mortem suam Christus requi
rit ¶ Quarta autem est consideratio excellentie
ad quam peruenerunt maximi peccatores per
penitentiam · sicut David · Paulus · Magdalena
¶ Quinta est consideratio punitionis · scilicet et se
ueritatis · in eos · qui in peccatis finiunt
uitam · quos punit penis multiplica
bus · super modum grauissimis et eternum
duraturis · Ideo dicitur Hebr. · horrendum
est incidere in manus dei uiuentis ¶ Se
quitur cum transiret · iuxta probaticam piscinam ·
forte ut uisitaret infirmos · qui ibi
erant · ibi enim erat magna multi
tudo cecorum et claudorum aridorum · qui ex
spectabant aque motum · ut tunc sal
tem unus eorum sanaretur · Erat autem
inter alios unus · ibi qui iacebat in
lecto portabili paruo · qui se iuuare non
non poterat · nec adiutorem habebat · hunc
cum uidisset Ihesus et cognouisset · quod esset an
tiquus etate · et longeuus in infir
mitate · utpote iacens in ea · 38 · an
nis · motus misericordia super eum dixit · Vis sa
nus fieri · Non cum interrogabat dominus
quasi nesciens · Dominus quod sciebat per dominum · Pu
ta · doceat quod a peccato · nullus liberetur · in
uolens ¶ Item ut prouocaret eum ad sa
nitatem petendam · de qua iam desperabat · Io

respondit autem · Domine hominem non habeo · ut
cum motus fuerit aqua mittat me in piscinam · et
ego uadens per me ipsum ita tarde per
uenio propter infirmitatem · quod alius citius
me peruenit · ac si diceret · quantum ad meam
uoluntatem recipiendi sanitatem tamen fa
cultas deest · et adiutorem non habeo · et
diu exspectasse non prodest · forte melius
esset michi recedere · Dominus autem uo
lens ostendere pietatem et uirtutem suam dixit
Surge tolle grabbatum tuum et ua
de in domum tuam · Mira res quod non sa
nat eum verbo · aut tangendo sed sola
uoce · Vt ostendat quod ipse est · qui omnia
quecumque uoluit et fecit · Ille autem sen
tiens se sanatum · non quesiuit ab eo quis
esset · qui me tam potenter tam liberaliter
sanasti · sed super modum de sanitate ga
udens · et sanatori suo uolens esse obe
diens · statim sicut dominus iussit · ita fe
cit ¶ Ecce infirmus suo exemplo · docet
esse magis penitentem · qui debet suo confes
sori in omnibus obedire · suo sanatori ex
actis exhibere · Sic ergo sanatus a
domino · tulit lectum suum super humeros · ut
iret in domum suam · Hoc mirabile quod
cum sic infirmus esset ab alio portatus · modo
portat lectum sicut sanus ¶ Est autem h
figura peccatoris · qui prius iacuit in lecto
carnis · desideria eius implendo · postea
corpus portat ad libitum suum · eius de
sideria refrenando ¶ Erat autem sabba
tum in illa die · quod erat magnum festum erat a
pud iudeos · in quo non licebat operari
· sicut modo in die dominico apud nos ·
Sed hodie est magnum festum · quando peccator
ab infirmitate peccati · reducitur ad sa
nitatem gratie · quod fit per penitentiam ¶ Sequitur
quod uidentes Christo inuidentes · et uolentes detra
here operibus eius · dixerunt illi sanato
hodie sabbatum est · non licet tibi secundum le
gem tollere et portare lectum · quasi dicerent · Iste qui
dixit tibi quod portares · non seruat legem
· et ideo tibi non debet · et tamen scires me

credi

cedebant. quia per alienum lectum de domo in
domum non est opus in lege prohibitum.
Ille autem respondit eis. Qui me sanum
fecit. ille michi dixit. Tolle lectum tuum
et ambula. quasi diceret. Credo quod ille qui me
sanavit solo verbo sit tante sanctitatis
atque virtutis quod potuit michi precipere
et ego sibi obedivi. Dum ergo ut dixe
runt ei. Quis est ille qui dixit tibi hoc. ille
autem non cognoscebat eum. nec nomine.
nec fama. eo quod conspiciens se ubi erat
eum. nec ipse sibi apparente nesciunt
eos respondere. postea uero eadem die uel se
quenti ihesus invenit istum sanatum in templo
et dixit ei. Ecce sanus factus es. scilicet in
anima et corpore. Sicut enim dicit glosa
Nullus christus nullum sanavit in corpore
quem prius non sanavit in anima. Et ad
didit dominus Iam etc. decetero noli peccare
ne deterius tibi aliquid contingat. In istis
verbis nos dominus tria insinuat. Primum est quod
iste propter peccata sua tam longa infirmi
tate fuerat ferierat percussus. Ex quo
nos habemus quod homo propter peccata sua sepe in
firmitate et paupertate et aliis multis affli
gitur. Et hoc est quod dicit gregorius. Omnia il
la que hic patimur peccata nostra meruerunt. et
hoc fit ut homo peccata dimittat. et bonus
fiat. sicut paulus. et ut penitentiam peccatorum
suorum hic incipiat sic homo iste. Secundum est
quod homo post acceptam remissionem
peccatorum. et post sanitatem. debet voluntatem et
propositum firmare. ne amplius peccet.
Non enim dixit dominus non peccabis amplius. quia
hoc non est in potestate nostra. sed voluntas pec
candi in nobis est. quam dum homo non habuit. gratia dei
ipsum adiuvat. ut non peccet. Tertium est
ut homo primitus timeat recidivare. quia
valde periculosum est. ideo dixit. ne deteri
us. Augustinus. Vulneratum iteratum tardius sana
tur. quia tunc dyabolus assumit alios septem
spiritus nequiores se. et fiunt hominis illius no
vissima peiora prioribus. Sequitur quod iste cognito
Christo cucurrit ad iudeos et nunciavit

eis quod ihesus christus esset qui fecit eum san
um. O quam bonitas istius hominis. qui
magnificaret salvatorem. iudeos non
timuit quam nunciaret eis virtutem et potes
tatem. ut ipsi autem crederent in ipsum. et si
cut iudei autem semper retorquent. Rogemus etc.

Sabbato

Assumpsit ihesus petrum. Sabbato
Evangelium Mathei. In. Quia homines me
lius ardescunt exemplis quam verbis. ideo
ecclesia sancta mater nostra. que in hac quadragesima mul
ta premisit penitentibus usque modo ut ap
paret in epistolis et evangeliis. Modo ut
omnes alliciat ad amorem celestis patrie. po
suit evangelium in quo continetur. quam
dominus ihesus in persona sua ostendit. quam eternam
gloriam promiserat. ut audientes atte
nderent desiderio tante glorie. et inflamme
tur desiderio celestis patrie. tunc quam ad illam g
loriam omnes pervenient. Et cum quo omnes
homo pervenit. Et cum qua omnis homo
ad illam ingreditur. Videamus igitur evangelium.
Dicit matheus quod dominus noster quadam vi
ce vocavit discipulos suos. scilicet Petrum et
Jacobum. Iohannem et duxit eos in quendam montem va
lde altum. et cum ibi fuissent. secessit ab eis
aliquantulum. et cepit orare. Iste est mons
thabor. quinto miliario a nazareth. in
cuius descensu melchisedech obvia
vit abrahe cum rediret a cede et cetera.
Signat primam gloriam propter tria. Primo quia inter omnia
loca mons est celo vicinior. Sic patria
quia inter illam et celum nullum est medium
de illa enim immediate intratur ad celum.
Secundo quia mons inter omnia loca est purior.
In vallibus enim sunt feces et immundicie. in
monte est puritas et mundicia. Sic in
patria debet esse puritas et mundicia. scilicet
in corde. in ore. et in opere. Nunquam autem
in aliquo istorum est immundicia peccati. sa
nus est. scilicet mons. sed immundissima vallis.
Tertio quia inter omnia loca mons est sanior.
sic in patria est sanitas summa. ideo
patria in scriptura dicitur medicamentum
anime. removens omnem morbum peccati

· sacerdotum restituens gratiam dei · lavat que immunditie delens abhominabile peccatum diabolicum · In hoc monte duxit discipulos suos · ut ostenderet quia ideo prius stetit · cum ipso in celo mecum manebit. Iste non quidem omnibus discipulis duxit tamen tres · ut ostenderet · quod quamvis sint multi ad penitentiam vocati · tamen pauci sunt electi ad gloriam · Duxit autem tres propterea · quia penitentia consistit in tribus · scilicet contritione · confessione · et satisfactione · Sequitur quod cum dominus oraret · discipuli levantes oculos · viderunt duos viros loquentes cum ihesu · Unus erat moyses · qui mortuus erat per multos annos ante · Alter erat helyas habitator paradysi terrestris · Unus venerat de regione vivorum · alter de regione mortuorum. Loquebantur autem de morte et passione christi · quam subire debebat in iherusalem · Et dicitur sic videntibus illis transfiguratus est ante eos · facies enim eius resplenduit sicut sol · et vestes eius sicut nix facta sunt alba · Modo queritur quomodo discipuli cognoverunt moysen et helyam · quos numquam viderunt · Dicendum quod audierunt dominum nominantem eos · cum loquetur cum eis · et dominus per inspirationem revelavit eis.

Queritur quare dominus in sua transfiguratione voluit habere istos duos · Et dicendum quod propter tria. Primo ut ostenderet quod ipse est iudex vivorum et mortuorum et salvator. Secundo ut instrueret discipulos · quod cum ipse veniet ad iudicandum · apparens in maiestate sua · convenient coram ipso · illi de paradyso · et de inferno et de mundo · Tertio ut si volunt cum eo esse in celo · sint hic similiter vivi et mortui · Vivi quidem deo · quantum · scilicet per vitam nostram et eius voluntate · mortui mundo ut vanitates et carnis delicias fugiamus · Col. Mortui enim estis · scilicet mundo · et vita vestra abscondita est · scilicet a secularibus qui eam non intelligunt · cum christo · scilicet eius conformitate in deo · et discretionem ad dei voluntatem et

honore · et cetera. Queritur quare dominus ante mortem · voluit discipulis gloriam resurrectionis ostendere · Dicendum quod hoc fecit propter duo · Primo ut ipsi videntes in corpore eius tantam gloriam · et tres homines ad eum venisse · de paradyso et de inferno · ut in fide sue divinitatis solidaretur. Secundo ut ipsi et ceteri christiani cognoscerent · quod si penitentiam egerint · ad similem gloriam pervenirent · et ut ex hoc ad amorem penitentie provocarentur. Ex hac autem visione · delectabiliter repleri se tanta suavitate · quod petrus pro se et pro aliis dixit · Domine bonum est nos hic esse · id est bene esset nobis · Si toto tempore hic essemus · Et dicit evangelista quod nesciebat quid diceret · id est non intelligebat · et hoc propter tria. Primo quia non videbatur curare de aliis discipulis · qui presentes non erant · sed solum de se et duobus sociis · Secundo quia nesciebat quod per mortem et resurrectionem christi · mundus deberet salvari · ria aliorum salute neglecta · solum de sua consolatione curabat. Tertio quia non videbatur curare de iusta cena · Credebat enim sibi sufficere · si semper cum christo simul esset in illo monte · Sed excusat eius bona simplicitas · quia erat illectus ex dulcedine illius glorie christi · quod credebat sibi satisfacere · scilicet si semper cum christo esse posset · et quia timebat aliquam separationem a christo si de monte descenderet · eligebat potius in tanta securitate esse cum christo · Cum autem petrus dixisset · Bonum est nos hic esse · statim subiunxit · Si vis faciamus hic tria thabernacula · tibi unum moysi unum et helye unum · Mirum videtur quod non curavit de se et de sociis · sed solum de christo et aliis ·

Racio istius est · quia putabat quod dominus reciperet eum in suo thabernaculo · et alii duo reliquos discipulos in suis · Vel ecce immensa simplicitas · dum credebat in terra permanentibus domibus · et cum paucis hominibus regnaturum · cum tamen ipse dicat · Regnum meum non est de hoc mundo · Luca

dicit quod petrus fuit stupefactus de vi
sione illius glorie et ideo nesciebat quid di
ceret. Et tamen commendanda est eius bonitas
quia semper cum christo esse cupiebat et ab eo
separari timebat. ¶ Sed ecce quod petro adhuc
loquente et domino nichil respondente. Ecce nu
bes lucida non aqua obumbravit eos. Et ti
muerunt illi in nube. moyses et helyas discesse
runt. apostoli non timentes valde cecide
runt in terram et vox de nube facta est.
Hic est filius meus dilectus in quo
michi complacui. ipsum audite. quod dicit qui vult vo
ce dei consolatoria audire. debet nube can
dida intueri. id est cordis munditiam. Dis
cipulis propter timorem et in terra iacentibus
nubes discessit. ¶ Et christus accedens ad
eos. tetigit eos dicens. Surgite nol
te timere. ¶ Quam bonus dominus et laudabi
lis nimis. qui ad amicos turbatos
consolandos accedit. ysaie. Ego ipse conso
labor vos. amicos in terra iacentes. id est pig
ros accidiosos tangit et excitat di
cens. Surgite id est sursum vos erigite.
Coloss. 3. Que sursum sunt querite. ami
cos pusillanimes confortat dicens.
Nolite timere quia ego vobiscum sum. tam
quam adiutor et protector. ¶ Sed quod discipu
li visiones aliquas neminem viderunt, quia mo
yses et helyas recesserant. quia factum est ne vox
patris. hic est filius meus etc. dubia rema
neret. ad quod nullus fuisset. si illi duo fuis
sent ibi. Discipulis tertio certis et conforta
tis. precepit eis de monte descendentibus et di
xit. Nemini dixeritis hanc visionem donec
a mortuis resurgat. ¶ Hoc autem dix
it propter tria. Primo ne tanta gloria que fuit
ostensio future glorie fieret incredibilis propter
passionis ignominiam subsequentem. ¶ Secundo
ut nos instruat de gratiis et donis non
querere humanam laudem sed divinam. Gal.
v. Non simus inanis glorie cupidi. Tertio ut
doceat quod nullum ante mortem ne lau v
dauis quemquam. Ecclesiastici xi. Sermo de b.
Hic est filius meus dilectus etc. Dic

laudem etc.

ta verba hystoria ewangelii. ¶ Potest
sic procedere. christus salvator noster habuit mate
rialis precium seu in terris matrem si
ne patre carnali. Et quamvis patrem celestis
de quo verbum propositum dixit. pie et ma
devotissime convenire. Unde dicit. hic est
filius meus etc. Unde habetur quod nunc convenit tria
de filio suo dicit. ¶ Primo quod ipsum tamquam
unicum genuit. et hereticos cum dicit
hic est filius meus. ¶ Secundo quod ipsum singula
ri amore dilexit. cum ait dilectus. ¶ Tertio
quod sibi semper in omnibus complacuit cum
addidit. In quo michi bene complacuit.
¶ Circa primum nota quod beata virgo fuit chri
sti mater. et tota mater. alie mulieres et
si sint vere matres. non sunt tote matres
quia in generatione filii partem habent. ipsa non
virgo gloriosa tota mater fuit. quia to
tius corporis christi de suis visceribus assum
pta fuit. itaque nulla creatura ibi par
tem habuit dicitur. Ieremie 31. Creavit dominus
novum super terram. mulier circumdabit virum.
Solent homines circumdare quod suum proprium
est. non quod alienum est. Cetere matres non
circumdant. quia caro pueri non est tota pro
pria ipsarum. sed de alieno est. Sola virgo christum
in utero circumdedit. quia in eius carne
nichil de alieno fuit. sed tota virginis
fuit et ex ea sumpta. Unde ipsa dicit. de me
is visceribus deum genui et hominem. ¶ Cir
ca secundum nota quod beata virgo singulari amo
re dilexit christum filium suum. Et ut magis
pateat dicemus quod et nos sic debemus christum dilige
re dulciter. sapienter. fortiter. Dulciter ne caro
nos alliciat. ¶ Fortiter ne nos mundi ad
versitas frangat. Sapienter ne dyabolus
nos decipiat. hec omnia fecit beata vir
go. Primo siquidem dilexit cum dulcedi
ne tam quod pre nimio amore tota liquefacta fuit
sicut enim aurum liquescit ad ardorem ignis
sic anima beate virginis. tota liquefacta
fuit ad ardorem dei et divini amo
ris. Cant. v. Anima mea liquefacta est
et non extasim frequenter patiebatur. Unde

in medio inimicorum manebat. nec ex-
pavescebat. Secundo dilexit eum fortiter
in tantum quod facilius fuisset ei mori quam ab
eius dilectione separari. Unde iuxta crucem a-
liis fugientibus immobilis ipsa stetit.
Jo. 19. Stabat iuxta crucem ihesu mater eius.
Tam fortiter eum dilexit quod totam
fidem retinuit. Unde Prov. ult. Non extin-
guetur in nocte lucerna eius. id est in tri-
bulacione passionis fides eius. Tercio dil-
exit eum sapienter. quod patet per tria signa. Pri-
mum est quod quantumcumque filius eius fuit
puer et delicatus. tamen in hiis que dece-
rent. sibi parcere nolebat quantumcumque eum di-
ligeret. Unde numquam eum dissuadere voluit
quin crucem ascenderet. et pro humano genere
mortem sustineret. Secundo quod quamvis sciret
filium suum in cruce positum. gravissimos
pati dolores. numquam tamen dissuasit ut
de cruce descenderet. et doloribus suis parceret.
Ex quo instruuntur parentes quod a puericia bo-
nis studiis debeant assuescere filios. nec
a bonis propositis. et ab operibus penitencie e-
os retrahere. nec ut penitenciam deserant
debent eis suadere. Circa 3um notandum quod
christo matri placuit semper. Iste enim filius
matri placet. qui de matre sollicitudinem ha-
buit. Christus autem de matre tantam curam ha-
buit in sua infancia. quod sigillum pudo-
ris sibi illibatum servavit. In sua pueri-
cia. quia in omnibus sibi subditus fuit.
Luc. 2. Venit nazareth et subditus il-
lis. In sua iuventute. quia in nupciis
ad preces matris aquam in vinum convertit. In
sua passione quia in cruce permanens eam
Jo. commendavit. Post suam resurrectionem.
quia sicut dicit sedulius. christus resur-
gens primo matri apparuit. quia ad eius
mortem venit. et in anima et in corpore
ipsam assumpsit. et in sua dextera col-
locavit. Rogemus ergo. Dominica secunda

Egressus ihesus. secessit in partes tyri
et sydonis. Mt. 15. In ecclesiastico di-
citur quod tempus perdendi et tempus acquirendi
et ecc. 3. tempus perdendi et tempus acquire-
ndi. perdendi scilicet amiciciam dyaboli. et acquire-
ndi amiciciam cum deo. Ad que duo ad-
ducimur exemplo mulieris chananee
que sicut in evangelio dicitur. nutis et precibus su-
is demonem separavit a filia. Et in tantum
se iunxit cum christo in amicicia. ut ipse la-
udaret eam et demonem expelleret. O
bona mulier. que numquam fuisti docta in sco-
lis hominum. et modo per evangelium ubique do-
ces corda fidelium. Dicit ergo evangelium de
hac muliere. quod dominus quadam vice cum dis-
cipulis recessit de iudea. ubi contra phari-
seos et scribas multa dixerat. scilicet quod erant
ypocrite. qui erant similes sepulchris de-
albatis. et quod erant ceci et duces cecorum.
Ex quibus verbis versi sunt in odium contra
christum. quorum fovit cedes. Secessit in partes
tyri et sydonis. que erant due civitates gen-
tilium. super mare mediterraneum. Venit
autem in confinibus utriusque. Interpretatur autem ty-
rus angustia. sydon venacio sive per-
secucio. Unde innuebat a dextris et sinistris,
et sinistris. que per significacionem exposita
sunt. Nam per sinistram intelligitur vita
presens in qua christus huiusmodi angustiam paupe-
tatis tam in principio quam in medio. quam in
ultimo vite sue. a multitudinis corporalis
quia obsessus calumpniatus consputus
alapis cesus. flagellatus. spinis cor-
onatus. toto corpore laceratus. Unde bene po-
tuit dicere cum ps. Tribulacio et angus-
tie invenerunt me. Per terciam vitam intelligit spiri-
tualis in qua venatus est et persecutus
est peccatores. sicut feras. predicacionis sa-
gittas emittendo. miracula faciendo.
ut eos caperet et divino conspectui presen-
taret. Sequitur quod cum dominus sic transiret
ecce quedam chananea sed dicta. quia erat
de populo chananeorum qui erant gentiles.
et erat syro fenissa gente. quia nata fu-
erat ex syro patre et phenissa matre. Unde
ex syris et phenicis erat orta. qui tam-
pus expulsi fuerant de terra chana

neorum vel dicitur tyro vetusta. quia sicut phe
nissa erat que et tyria nominatur eius proprium ta
cetur. quia non erat de populo iudeorum. Hec habebat
filiam que ivis pauper esset. summe multum dilectam.
que demonio super modum affligebat. Hec
audiens miracula. que xpistus faciebat.
scilicet quod demones expellebat. et quod erga
peccatores pussimum se habebat. confidentiam concepit
quod xpistus eam exaudiret. et claudens ostium
domus sue. relicta ibi filia cum demo
ne. scilicet cum malo hospite. cucurrit ad
xpistum. quod xpistus a longe videns intravit
quandam domum cum discipulis suis forte ad
quiescendum. quia ex itinere fatigatus e
rat. venit illuc mulier. Sed xpisto ne
a supervenientibus molestaretur. fecit cla
udi ostium. Sed mulier tam diu pulsavit
et infestavit quod optinuit ostium aperiri. quo
ingressa proiecit se ante ihesum. et flexis ge
nibus et extelatis manibus et lacrimosis
vocibus rogabat. ut filiam suam a demo
ne liberaret. Ihesus autem qui convenerat
peccatores benigne recipere. et rogantes se
exaudire. qui contra morem est suum fecit. quia mu
lieri non respondit. Sed stans surgens ea re
licta. recessit cum discipulis suis. mulier
vero non recedens a spe sua. cucurrit
post eum. et pre nimio dolore quem sen
tiebat pro afflictione filie sue. elevans
voce clamabat dicens. Miserere mei
fili david. Sic vocavit eum quia dicitur. Tu
es salvator mundi. tu es natus de
patre meo. Ut igitur non videatis te dig
ne miserere mei. est non quaedam inductio
ad beneficiendum. recordatio precedentium
cum pace. De hoc verbo miserere. quere su
pra dominica quinquagesime. Miserere tu quoniam me
non tantum filie mee. quia eius passio
materna viscera mea contristat. et animam
affligit. Miserere mei et filie. Ut v
no beneficio subvenias. Utique non demon
eam ad terram allidit. modo oculos subver
tit. modo capillos discindat. modo eam
spumare facit. et filia mea tanto dolore

vivo pro dolore clamat. et non eam aliquis
iuvat. melius mihi esset si mortua esset.
quia sine cordis angustia videre eam
non possum. quia sua infirmitas est mea ca
lamitas. Sed quid fecit dominus ihesus. Dicit
evangelium quod non respondit ei verbum. Mirum videtur de
bono ihesu. Cecus clamat. Miserere
mei. et visum recepit. leprosus idem re
petit. et mundatus est. Meretrix hoc
verbum clamat. et remissionem peccatorum percepit.
Ista petit miserere mei fili david. et tu
michi dicis. Sed non est mirandum. vo
lebat enim eam exaudire. tamen pro augenda et
ostendenda fide eius. et paciencia et sapien
cia. sic voluit differre. Sed quid fecit pru
dens mulier. Cogitavit inter se non sum
digna exaudiri. Sed si discipuli qui sibi sunt
familiares et amici pro me intercedent. ex
audiret. Cepitque eos rogare omnes
communiter. et postea singulariter. Ita inde in
festabat istum modo illum. ita quod ipsi tedi
o affecti compulsi sunt rogare dominum pro
ea. et dixerunt. Dimitte eam. quia clamat
post nos. quasi dicant. Tenes eam et non
exaudis. et ipsa non cessabit ab in
festatione tua et nostra. nisi peticionem eius
impleveris. Interea tacebat mulier exspec
tans quod dominus discipulis responderet. et cogi
tabat intra se. Ut tempto loqui metui. i
ta pre doloris vicerit. et verba dicam
quod se defendere non potuit. quam faciat quod pe
to. Dum illa hoc cogitat. et discipuli xpistum
precibus pulsant. respondit discipulis in auri
bus mulieris dicens. Non sum missus nisi
ad oves que perierunt domus israel. Sed
videtur hoc terribile verbum. Numquid solum pro sal
vandis iudeis venisti. quod michi sunt comparatione
ad alias naciones. Quod faciet
pro talia sunt. Sed est sic intelligendum.
Non sum missus ad predicandum. scilicet et mi
racula faciendum. nisi omnibus que perierunt domus
israel. Sed ista non est de omnibus israel.
ideo non debetis rogare pro ea. Illi vero populo
tamquam digniori. ut pote de quo natus

fuerat. erat primo predicandum. et uolo uniuer-
sos saluare. omnes ueniat. qui fecerat omnes
et ideo dicitur saluator mundi. O beata
ca. ideo ista eos repulsa. nam quem in domo
ipsum rogas te fugit. quem in uia post ipsum
clamans non tibi respondet. Modo per te apostoli
rogati et dicit quod non sunt audiendi. Quo
tempus. Recede ne amplius confundaris
Prudens autem mulier uidens quod Christo ro-
gabilis loquebatur cogitauit quod non erat de
iustitia sed supplex de gratia. Unde ueniens
ad ihesum prostrauit se ad pedes eius di-
cens. Domine adiuua me. quasi dicat. et si non
sum de omnibus israel. tu potes me de gratia
adiuuare. Sed audite quod respondit fons
pietatis. Non est bonum sumere pa-
nem filiorum et mittere canibus ad manducandum. Fi-
lios uocat iudeos. gentiles canes. sic
nos uocamus sarracenos. panem dicit
doctrinam et miracula. que danda erant
iudeis non extraneis. Ecce mulier que expe-
ctabat gratiam. et recepit uerecundiam. fi-
liam suam non liberat. et caniculam uocat. For-
te melius erat quam simile quod audire sit
Sed mulier bona et a spiritu sancto doc-
ta potuit intra se dicere. Postquam cepi
tractare tam mecum ipso. quamuis uide-
at duriores responsiones. adhuc uerbum u-
le dicam sibi. forte propitiabitur michi.
Unde ait. Et domine. nam et catelli edunt de
micis que cadunt de mensa dominorum suorum. quasi dicat.
Uerum est quod tu dixisti canem me uocan-
do. tamen fac mecum secundum similitudinem tuam. Nam et ca-
telli etc. Hoc est ego non peto pa-
nem magnorum miraculorum que fecisti
inter iudeos filios tuos. scilicet de suscitatione
mortuorum. mundatione leprosorum et huius-
modi. Sed unum modicum miraculum. quod apud
illos minutias computaretur. scilicet ut fili-
am meam a demone liberes. Postquam me
sicut canem computasti. fac michi non sic
magno tamen. sed sicut catellus fieri consue-
uit. ut saltem edam de micis filiorum.
Deus meus quam huic mulieri tanta

humilitas. tanta prudentia. certe si longo
tempore fuisset discipula et Christi doctri-
nam audiuisset. satis esset. Dominus ergo
fidem eius attendens et sibi compatiens
quia uictus humilibus uerbis. Primo confun-
dat eam deinde exaudit. Cum commendatione
autem dicens. O mulier magna est fides tu-
a. que sic fortiter credidisti. Sic exposu-
it dicere. magna est patientia tua. que to-
tiens repulsa et contempta non recessisti a
spe quam primo posuisti. Magna est
humilitas tua. que comparata canibus te
caniculam uocasti. Ecce mulier que non erat
genere de populo dei. facta est per fidem filia dei.
Mulier ignota legis diuine. facta est exem-
plar omnibus spiritualis uite. et ideo audire meru-
it. Fiat tibi sicut uis. Non dicit fiat
filie tue. sed tibi. nam non filia gratiam
hanc meruerat. Unde fiat sicut uis. quasi
eam pono in tua libertate et uoluntate ut
tu eam si uis. O summa largitas do-
mini. qui puellam absentem. non petentem
et fidem Christi non habentem. sanauit ab om-
ni infirmitate corporis. liberauit a potestate de-
monis. et mundauit ab omni labe crimi-
nis. quia sicut dicit Crisostomus. Christus nullum
sanauit in corpore quem prius non sanaret
in mente. Mira res qui decem apostolorum au-
dire noluit. mulierem peccatricem in omni-
bus exaudiuit. Hic nota quod sancti in
precibus suis acquirunt graciam. quod illi
qui se indignum petere. sine et obti-
nere non possunt. exemplo de moyse. qui pec-
cati populo ueniam impetrauit. et de a-
braham. qui loth et filiabus suis obti-
nuit liberationem de subuersione. Deque
et sanata est filia eius ex illa hora
uere sanata. quia et in corpore et in anima
liberata. nam maior erat infirmitas ani-
me quam corporis. Infirmitas anime causa
erat infirmitatis corporis. Curatur
exemplo huius mulieris ad Christum pec-
cator. ut liberaretur a potestate dyaboli
mundetur a sordibus peccati. et efficia-

filius dei. Et pulsata dixit ex illa hora
qua scilicet verbum Christi de ore exivit. Non dum
mulier a Christo recesserat et filia iam
sanata erat. Item dicit alius evan-
gelista quod inveniens filiam in lecto
iacentem a demone liberatam. Queritur
utrum demon possit aliquem vexare. Et est
dicendum quod ymaginationem sive fan-
tasiam potest inmutare. Sicut enim materia corpora-
lis obedit angelo ad motum localem. Ita et
spiritus et humores in humano corpore existentes
et ideo per commotionem spirituum et humorum potest ip-
sum inmutare. Quemadmodum et potens vi-
num. Potest et sensus exteriores inmu-
tare vel humores intus commovendo. ut
patet in febre ex distemperantia calore cui
dulcia videntur amara. Vel ex appositione
alicuius sensibilis circa sensum. Voluntatem
autem inmutare non potest. quia solus deus menti il-
labitur ut dicit Augustinus. Sed persuadendo vel
aliquid delectabile apponendo. Queritur utrum
liceat uti in incantationibus vel brevibus et
huiusmodi. Dicendum quod in incantationibus vel scrip-
turis que suspenduntur vel aliis duo videntur
cavenda. Primo quod sit quod profertur vel quod scribitur.
Quia si est ibi aliquid ad invocationem
demonum pertinens illicitum est. Similiter cau-
endum est si contineat ignota nomina ne
sub illis aliquid occultum lateat. Unde dicit Crisostomus
Aliqui aliqua nomina hebraica confingunt
et ea collo alligant. Quod non intelligere me-
tuenda videntur. Est et cavendum ne ali-
quid falsitatis contineant. quia sic eius
effectus non posset expectari a deo. qui non
est testis falsitatis. Secundo cavendum est ne
cum verbis sacris contineat aliqua vana
ut puta karacteres scripti preter signum
crucis. aut si spes habeatur in modo scri-
bendi sive ligandi. et in quacumque huius-
modi vanitate que ad divinam reverentiam non
pertinet. Unde dicitur in decretis xxvi.
distinctione questione v. Non liceat christi-
anis etc. Nec in collectionibus herbarum
que medicinales sunt aliquas incantationes
seu observationes liceat attendere
nisi tantum cum simbolo aut oratione dominica.
Queritur utrum liceat demones ad-
iurare. Dicendum est duplex modus ad-
iurandi. Unus per modum deprecationis vel
inductionis. Alius per modum compulsio-
nis. Primo non licet demones adiu-
rare. quia videtur ad quandam benivolentiam per-
tinere. Secundo modo quod ad aliquid licet demones
adiurare. Demones enim in hac vita
nobis adversantur. non autem nostre dispensa-
tioni subduntur sed divine et sanctorum angelorum.
quia ut dicit Augustinus Spiritus ma-
lus regitur per spiritum iustum. Possumus
ergo demones per virtutem divini nominis
adiurando tamquam inimicos repellere ne nobis
noceant. Non tamen est licitum eos adiurare
et aliquid ab eis addiscendum vel per eos ad
aliquid obtinendum. quia hoc pertinet ad
societatem cum eis habendam. nisi forte ex
permissione dei. Sicut aliqui sancti ad
operationem demonum ad aliquos effectus usi
sunt. Ut legitur de beato Jacobo qui per de-
mones fecit Hermogenem ligatum ad se
adduci.

Feria secunda

Ego vado et queretis me. et in pec-
cato vestro moriemini. Jo. 8. Quo-
niam Christus sepe predicabat ut peccatores ad pe-
nitentiam reduceret. Ideo legitur hodie evangelium
in quo dicitur quod dominus noster semel predicabat
iudeis ut converterentur ad fidem eius. Et
ex ista predicatione multi crediderunt in eum. et
multi in sua duritia permanserunt. quos
dominus comminatur sic. Si non credideritis quia
ego sum scilicet salvator mundi filius dei.
In peccato vestro moriemini. Ut ista vobis
ita adhereant ut semper maneant vo-
biscum. Et ideo pro eis semper penam portabi-
tis. quia pena persequitur culpam. Dicitur
in Gemma evangelii hystoria que est talis.
Dicit beatus Jo. qui ipsum scripsit quod cum
predicaret in templo Salomonis. in ingen-
ti multitudine iudeorum ~~scripsit~~ cum multa
de se iam fuisset locutus. et nullus vide-

tur et iuit ad ipsum. quia iam ordinaue
rant principes eorum ipsum capere et occide
re. Ipse autem continuat predicationem dicens eis. Ego
vado. scilicet ad mortem crucis. quam iam ordina
stis et de cruce ad patrem. et vos queret
is me. scilicet interficere. sed hoc non est in potestate
vestra. sed mea. quia potestatem habeo ponendi animam
meam. et iam in peccato vestro moriemini. scilicet infide — vado
litatis. Et hoc scitote quia ego scilicet
in celum per passionem. ubi vos (non) potestis
venire. quia nullus peccator ascendit in celum
post illum ascendentem. Iudei non verba eius
quia obscura erant non intelligentes dix
erunt ad invicem. Numquid interficiet se? nunquid
interficiet semetipsum. quia dicit quo ego
vado. vos non potestis venire. Ubi dicit
glossa. quod verba iudeorum stulta fuerunt. quia
si solum de morte corporis intelligant. non
ne et ipsi interficere potuerunt semetipsos
Sed ipse de gloria ad quam ibat. ipse per mortem
crucis intelligebat. ad quam nullus nisi
per fidem Christi potest pervenire. Io. Ego sum
ostium. Et ideo Christus istis iudeis tanquam car
nalibus et solummodo terrena sapienti
bus. Respondit dicens. Vos de deorsum est
is. ego de supernis sum. et statim ex
ponens hoc verbum addidit. Vos de hoc
mundo estis. ego de supernis sum. Et vos
estis mundani. quantum ad conversationem quia
solum cogitatis et diligitis que in mundo
sunt. et de celestibus non curatis. ego autem
de supernis sum. id loquor in predicationibus
et in conversatione de celestibus. et animarum
salute. et ista verba non recipitis. Propter
ea dico vobis quod in peccatis vestris moriemini. Quam — non
miser est homo qui in peccato vivit. Sed
miserabilior qui in peccato vivere disponit
Et miserabilissimus qui in peccato suam vitam
finit. Hic peccata sua semper secum habebit. in
ter peccatores et demones. quia eternas penas
pro eis debitas semper sustinebit. Iude
i autem irati de verbis domini dixerunt ei. Tu
quis es. qui dicis quod credamus tibi. homo
nonne es similis nobis. et tamen sic audacter

dicis. quod nisi credideritis tibi morie
mini in peccatis vestris. Cuius auctoritatis vel
potestatis es. Et dominus respondit. Ego principium
qui et loquor vobis. ac si diceret. Ego sum
ille. ante quem nullus est. et a quo sunt omnia
quia omnium que sunt. ego sum auctor et
principium. Non potuit melius dicere
Ego sum deus. Ego sum dei filius. Post
ea subdit. Multa habeo de vobis loqui
et iudicare. Sed qui misit me verax
est. Et ego que audivi ab eo. hec lo
quor in mundo. Voluit dominus dicere sic
Ego deberem vobis multa loqui. scilicet arguen
tes docendo. et iudicare eos qui non
credunt. sed non veni ad iudicandum.
ille autem qui misit me. modo hic iudi
care. Ego autem postea in meo adventu iu
dicabo omnes. et ille verax est in iudi
ciis in comminationibus et promissionibus. Et
ego loquor in mundo. que audivi ab
eo. Sed ab eo non potui audire nisi veri
tatem. et omnia que loquor vera sunt. propterea
deberetis michi credere. Et ex hoc habetur. quod
qui loquitur et diligit veritatem. et odit men
dacium. est servus et filius dei. Et dicit — dei
evangelista quod iudei non intellexerunt Christum in verbis
suis. scilicet quod diceret patrem se habere deum. Verum
putantes eum hominem purum. non curantes
derisione sua sed siluerunt. Dominus autem
videns eos silere. et verba sua intelligere
adiecit ad verbum. ex quo potuerunt ma
nifeste cognoscere. quod ipse dicebat deum
esse patrem suum. Et dixit sic. Cum exal
taveritis filium hominis. id est me qui sum filius
virginis hominis tantum. Levaveritis mar
te ut ibi moriatur. tunc id est post illam pas
sionem. cognoscetis non omnes sed aliqui
ex vobis per predicationem apostolorum quia ego
sum filius dei. et quod nichil facio a meipso
solo. sed sicut pater meus me docuit. sic
facio et sic loquor. Ecce filius dei glo
riam dat patri cui erat equalis. ut do
ceat nos minores de omnibus dare glo
riam deo. ut docet glossa. Et dicit Christus

mirabile v̄bū · Cū exaltauitis me
· t· cū passio mea · p manꝰ iudꝫ fu
it cōpleta · tūc aliq̄ ex uob̄ cōuertent̄
ad fidē meā · ꝫ cognoscet̄ me q̄d dix̄
sicut h̄etur · in glō · Vt nullꝰ despe
ret quocūq̄ scele · Sꝫ ꝫ illi qui x̄pm̄
occiderāt · cōūsi sūt ad fidem · et deo
ꝑ pn̄iam reconciliati ¶ Nota q̄
x̄ps mortuus eo die · loco et gn̄e
mortis quo uoluit · Sꝫ que · q̄r
x̄ps mori uoluit · nō in celo nō in
t̄ra · ꝫ int̄ celū et t̄ram · dicendū q̄
ꝓ 3ͣ ¶ Prima q̄r passio eius fuit
vtil' duobꝫ ꝑplis · s' celesti · ꝓ eoꝝ
restauracionem · Et t̄restri ꝓ eoꝝ li
bacōnem ¶ Aͦ · q̄r ꝑ passionis humilita
tem debebat exaltari · Philipū · 3ͦ · ꝓ
q̄d ꝫ deus illū exaltauit ꝫc̄ · 3ͦ q̄r cor
eius nō debebat sepeliri īt̄ra · ꝓ eī
dignitate · nec a v̄mibꝫ corrūpi · nͦ
in t̄ram resolui · ꝓ eius s̄ctitate · nec
pedibꝫ hoīm̄ conculcari · ꝓ grandē et
humilitatem · Sꝫ uoluit mortꝰ t̄ra
eleuatus · sepeliri in petra · et īuol
ui cū aromatibꝫ ī syndone munda ·
tāq̄ deꝰ sup̄ omēs creaturas p̄cio
sissima ¶ Sequitꝰ finis euāgelij
· ꝫ est v̄bū ipius euāgeliste · h̄ īmo
loq̄nte · multi crediderūt in eū · Ecce fr̄
ctꝰ p̄dicacōis · multi erant peccores cū
uenerūt ad p̄dicacōm · ꝫ tn̄ sūt
ūsi in p̄dicatoē diuini v̄bi ¶ Nū
q̄r · n · p̄dicat · qū faciat fructū · licꝫ
h' p̄dicator ignoret · sicut ap̄ꝫ · ī
multis locis · et exempl' · Et ualde
vtile est · omībꝫ p̄dicacōm audie
tibꝫ · quia multis ē ad initū · ꝫ diui
ne gr̄e nutrimētū · peccoribus ꝫ est ini
te cōtinuatū · suo saluacōnis augm̄ꝰ
ꝫ relīq̄da uanitate cōsiliū · In agente
pūne vehiculū · b̄ti g̃ꝰ qui audiunt dī
ꝫ custodiūt illd̄ ¶ Nota q̄r x̄ps describi
q̄r uiator · ꝫ c̄ · ego uiato q̄r ꝓlocutor
p̄ncipiū qui ꝫ loquor · q̄r iudex l' as

sessor · multa h̄eo de uob̄ loqui ꝫ iu
dicare · q̄r speclator · s' exaltat' · Viator
fuit ī exemplū · ut sequam̄ eum · Lo
quela in docimentū · ut credam' ei · As
sessor ut iudex · ut timeam' eum · Sp
eclator in refugiū · ut cōfugiam' ad
eū · Via fuit laboriosa · loquela fr̄
tuosa · assessoria est formidolosa ·
Speculacō fuit studiosa ¶ Quo ad
uiā x̄ps fuit ꝑegrinus · Quo ad loq̄lā
fuit aduocatus · Jo · aduocatū h̄e
mus · quo ad sessoriā · erit iudex se
uerꝰ ¶ Quo ad speculatoriē fuit tu
tos securus · Iste ꝑegrinus · s' x̄ps
ih̄c · fuit ꝑegrinꝰ · q̄ descendit de ce
lo ad t̄ram · ꝫ v̄ginis vterꝰ intro iuit ·
Sꝫ in t̄ram · ꝫ v̄bū dei seminauit · q̄r
semē eius est v̄bū dei · seminator x̄ps ·
¶ Deinde sub t̄ra vbi infim̄ spoliau̇ᵗ
Inde celū ad ip̄m ap̄iendū · ꝫ nob̄ lo
cū in celo parandū · Vado parare uob̄ lo
cū · Dic quo paradysus clausus fuit ·
ꝫ ꝑ igne gladiū ꝫ angelū · ut h̄etur
ī · Gen̄ ¶ Impedimēta aūt x̄ps remo
uit ¶ Aͦ dicit x̄ps ꝓlocutor · vbi nō
q̄r loq̄la eius fuit fructuosa · dū ecc̄
i mūdo · ꝑ p̄dicacōm · nūc in celo apd̄
deū p̄rem · ꝑ intercessione · Sꝫ ¶ Vñ hō
securꝰ h̄es accessū ad dm̄ · q̄r an̄ filiū
habes matrē · ꝫ filiū an̄ p̄rem · Alle
gant ꝓ nob̄ infirmitates ꝫ miserias
q̄s patim' ex ꝑte triūs · delectacōnes
ex ꝑte mūdi · ꝫ suggestiones ex ꝑte
dyaboli · Circa 3ᵐ nota · q̄r tāq̄ iudex
h̄ꝫ multa loqui · et iudicare · loquit' · q̄r
ad opa iūie · q̄r disceptabit cū pecca
toribꝫ · sicut h̄es · ffa · fa · post p̄ma cōta
in ꝫ clima · Iudicare de cogitacōibꝫ · om
issiōībꝫ · locucōībꝫ · ꝫ opibꝫ · qui te
ne poterit · reddē rōm ¶ Aͦ describit' si
cut speclator · Cū exaltatus · sicut
· n · speclator · tempe gu'rre ascendit ī
altū ut longius uideat · ꝫ clamat · ut
deuitet p̄dones · Sic x̄ps cuftos n̄r

Dic ī de expatore p̄d
amef

ascendit in altum · ut longius audire
tur · clamauit fortiter ut nullus excu
saret · lacrimas · addidit ut homo compate
tur · dicitur · enim · xpi aduentum ponamus
dicente propheta · Signa nostra non uidi
mus · et cetera · Modo autem non uidimus signa
in spectacione crucis · tamen uulnera xpi · Aug[ustinus]
Aspicite uulnera pendentis · cicatrices resur
gentis · sanguinem morientis · precium
credentis · tormentum redimentis · Hec quantum ua
leant cogitate · hec in corde statera appendi
te · ut quantum amoris habetis impendite · totus
uobis figatur in corde · qui pro uobis totus
fixus fuit in cruce · Sed ipse de quibus
dam dicit · Ro[manos] · x · Vocaui et renuistis
me · extendi manus meas · et non fuit
qui aspiceret me · et cetera · Vos autem signa
eius aspicite · clamorem audite · consilium
credite · disciplinam seruate · et fugite a
facie arcus · Rogemus ergo · Feria tercia
Super cathedram moysi · se[derunt] · scribe · et phari
sei · et cetera · M[atthei] · xx[iii] · Qui uult seruare perma
in sanctitate et deuocione tam ad hec institutus
sit · debet duo facere · scilicet frequenter audire uer
bum dei · et auditum in corde tenere · et ser
uare · et conseruatum opere adimplere · et
ideo frequencius predicatur in ecclesia quam in a
lio tempore · Et uiuere in humilitate sem
per · ita quod humilitas sit in corde · in o
re · in opere · et in exteriori conuersacione · et
ad ista nos hortatur presens euangelium
De primo agitur in prima parte usque
ad medium · De secundo a medio usque ad
finem · Ideo hystoriam uideamus · Dicit
beatus matheus quod dominus noster discipulis
suis et populo coram se stante exspecta
te uerbum dei ex more dixit · Super ca
thedram moysi · id est in ueteri doctrina mo
ysi · Unde uult dominus dicere · Vos ha
betis scribas · id est doctores legis · et phari
seos · qui uidentur seruare legem · Sed ip
si erant simulatores · Isti scilicet cum
scribis · faciebant ex se graues ordi
naciones · super tradiciones legis · et qui

omni die sabbati · [illegible] legem mo
ysi · et istas suas ordinaciones · legebant
et exponebant populo in templo · et in
synagoga · Isto dicit dominus · Audi
te quociens predicatur · Scilicet frequenter ire ad
predicacionem · in bonis est signum diuine
dileccionis · Sed in malis est · motiuum
et causa conuersionis · Et addidit dominus
omnia que dixerint uobis · scilicet pertinencia
ad doctrinam legis seruate · scilicet in corde
et memorie retinete · Verbum enim dei
in corde retentum · et conseruatum · quattuor bona
facit · Primum est quod ignem diuini a
moris in corde accendit · et nutrit ·
est enim ignis · Je[remias] · xxiii · Nonne uerba mea quasi ig
nis · et ignem ignis accendit · Luc[as]
Nonne cor nostrum ardens erat in nobis ·
Istum namque ignem extinguit carna
lis amor · Et hoc est quod dicit aug[ustinus] · Pes
anime amor est · ligatus ergo a malo amo
re · impeditur a dei amore · nil enim ita
impedit a dei amore · ut malus amor ·
Et origenes dicit · Si amator car
nis es · amorem spiritus non capis · Secundum · bonum se
ue peccati uitare facit · ps[almus] · In corde me
o abscondi eloquia · tua · ut non peccem · tibi · Tercium est
quod deuocionem et cordi dulcedinem indu
cit · Cant[ica] · v · Anima mea liquefacta est
· id est · in deuocione resoluta · ut dilectus
locutus est · scilicet in corde · per uerbum in se repo
situm · Quartum est · quod in tribulacionibus et angus
tiis pacienciam et consolacionem inducit · Et
tamen dominus dixit · seruate · adiecit · et fa
cite · id est operibus implete · Non enim prodest
audire uerbum dei · et in corde retinere · nisi
ponatur in opere · Ro[manos] · ii · Non auditores
legis · iusti sunt apud deum · sed factores ·
Secundum uero opera eorum · nolite facere · di
cunt enim · et non faciunt · Isti scribe · siue doc
tores erant auari · et in mundo pharisei
erant simulatores · et inanis glorie
cupidi · qui ex omnibus que faciebant
solum humanam laudem querebant · Et ideo
dicit dominus · Seruate doctrinam · uicia non

fidem

cathedra

sectatum. Sine dubio uita docto
ris concordare debet verbo predicationis
Et tamen frequenter predicator non est bone
uite. et doctrina eius bona est. Tunc
auditor debet seruare doctrinam. et di
mittere uitam. Assignat autem dominus
tres rationes siue causas propter quas
isti doctores non erat bone uite. Prima est
quia hominibus imponebant honera grauia
scilicet tabulas non solum legis sed et aliarum
ordinacionum et sacrificiis et oblationibus
ieiuniis et aliis multis que omnia dice
bant seruanda esse. ipsi autem parum uel nichil horum
faciebant. Faciebant largam conscienti
am de alieno corio. Alia est. quia omnia
opera sua faciebant. que erant de genere
bonorum. non ad dei gloriam sed laudem huma
nam. Tertia quia excellentia et doctrina inflati
erant. et ideo in omnibus amabant locum
honorabilem in synagogis cathe
dram magnam et magistralem. In foro
et ubi erat frequentia hominum saluta
tiones cum reuerentia. et ubique uocari
magistri. Hec tria continentur in ewo por
dine. Ex primo ipsi erant iniqui. Ex
secundo inanis glorie cupidi. Ex tercio superbi
et ambitiosi. talis uita est coram deo de
testabilis. Sed quia eorum doctrina erat
de uerbis sacre scripture et de salute anime
ideo erat seruanda. uita non fugienda
Praeterea dicit dominus discipulis suis.
Vos autem non eritis eis similes. immo di
co uobis nolite uocari magistri id est non
sitis superbi et ambitiosi. Vel nolite id est
nullam uoluntatem habeatis uocari ma
gistri. ex desiderio honoris. quia quia unus
est magister uester. qui est magister ange
lorum et hominum. Sed quis sit iste magister
dicit statim. Et ad confirmacionem istius
verbi addidit dominus dicens. Vos autem non uo
cemini fratres estis scilicet per fidem et amorem et conformitatem
et hereditatis celestis participacionem. Pa
trem nolite aliquem hominem uocare uo
bis patrem super terram. quia unus est

pater uester. qui in celis est. pater scilicet
creacione. dilectione. gubernacione. bonorum
collacione. et celestis hereditatis conser
uacione. estis igitur omnes filii dei et fratres.
Vnum patrem habetis deum. et eodem mo
do uobis ne uocemini secundum gloriam
ab hominibus uocari magistri. quia magister uester
unus est christus. Iste magister eius instituto
discipulos id est christianos .v. regulas docu
it. quibus seruatis digni sunt uita eter
na. Prima est de obedientia exhi
benda deo in suis preceptis. et ecclesie
institutis. Confessori et prelatis et potes
tatibus suis maioribus in rebus licitis et
honestis. sicut filius patri. monachus
abbati. vxor uiro. christianus suo episcopo.
Alia de penitentia agenda diligenda contin
uanda. et usque ad mortem conseruanda. Ter
tia est de pena habenda in temptationibus
et tribulationibus. siue a deo illatis. siue
ab omnibus irrogatis. siue a nobis as
sumptis. Luc. In pacientia uestra etc. Quar
ta de ira proximo impendenda. scilicet corporali et
spirituali. que consistit in corde compassione
et iniuriarum dimissione. Quinta de dilectione fra
terna. Et cum dominus instruxisset discipulos
de fugienda inani gloria. ambitione et
superbia. Consequenter informat eos
de humilitate habenda. Qui maior est
vestrum. fiat uester minister. Hoc est qui in
uos est maior. dignitate officio. et scientia
doctrina. sanctitate. et gratiarum habundantia.
sit minister uester. id est in corde suo. ita sci
at humilis. quod reputet se in preciis omni
bus inferiorem. ut scilicet magis uideatur ser
uus quam dominus. et magis gaudeat a quo
quod sibi seruiet. et quanto fuerit maior. tan
to sit humilior. dicit Bernardus. quia quanto persona
est maior et nobilior. tanto humilitas est
in eo preclarior. Et subdit dominus causam. quare
sic sit humiliandum. Quia omnis qui
se humiliat. scilicet in corde proprie se cognos
cendo de peccatis scilicet commissis dolendo. nec
non ipsi despiciendo in ore et opere. preca

non erat

ne optetis uocari

dicens

·s· ꝯfitendo · nulli malū dicendo · de se
nō alta loquendo · l[ra] in exterioꝛ ꝯ iu[n]ctiōe
offa h[umi]lia libent[er] amplectendo · ꝛ opi
bꝫ mīe et p[er]ue se exercendo · talis exal
tabit[ur] apud deū magn[us] h[ab]ebit[ur] · et in
gl[or]ia celi · tanto erit sublimioꝛ · q[uan]to h[ic]
fuit humilior · Et q[uan]to magis h[om]o in uita fu
it sup[er]bus · et uoluit exaltari · tanto
uilioꝛ ꝛ despectioꝛ ap[u]d d[eu]m reputa
bit[ur] · et in inferno sub alioꝝ pedibꝫ co
culcabit[ur] · ¶ Nota sup[er] illo u[er]bo vnus
est p[ate]r ꝛ c̄ · Qꝛ in sac[ra] sc[ri]ptura multip[li]c[ite]r
p[at]r[es] in[ue]niunt[ur] · s[cilicet] Carnal[e]s q[ui] debꝫ filios
suos corrige[re] · Eccī · ꝫ° · Qui diligit fi
lium suū · assiduet illi flagella · De
bent aut[em] eos corrige[re] · du[m] sunt p[ar]ui · s[icut]
ibid[em] · eccī · q° · Curua eius ceruice[m] in
iuuentute · ꝛ tunde latera eius · q[ui]a ip[s]e
valde punitus est heli · R[eg] · ꝫ° · No
luit · n[on] · filios suos male age[re] · et nō
corripuit · Dic q[uo]d multi audientes fi
lios suos male age[re] · ridēt · Ex° · de il
lo · Ex° · de illo · q[ui] cu[m] duceretur filius su
us ad suspendendū · amputauit nas[um]
p[at]ri · Item debꝫ filijs thesaurizare de
rebꝫ licite acquisitis · Ex° · de duob[us]
fr[atr]ibꝫ ꝛ p[at]re · ¶ Al[ius] · est pater sp[irit]ual[is] cui
debet[ur] honor ꝛ reuerentia · sicut s[un]t sa
c[er]dos ꝛ p[re]dicatoꝛ · ꝫ° est p[ate]r infernal[is]
· s[cilicet] · dyab[olu]s · de quo dicit[ur] · Jo · 8 · Vos ex pa
tre dyabolo estis · Iste p[ate]r · magna p[ro]
cu[ra]tela ꝯtraxit in hoc mundo · p[er] vij · fi
lias q[ua]s ibi maritauit · s[cilicet] · vij · vicia ca
pitalia · Et multi sunt q[ui] acceperunt vxo
res quibꝫ dat dote[m] valde mala[m] · ꝛ i[n]
h[oc] mundo · ꝛ in futuro · s[cilicet] · in inferno · Pu[ta]
dat sup[er]bis · quibꝫ in mundo sepe dat
casū · q[ui]a p[er] p[ri]ncipi[um] cadit · p[salmu]s · Deiecisti
eos du[m] alleuarent[ur] · p[er] gradus ad
mo[dum] scalaꝝ · facit eos ascende[re] · s[ed] sic
to q[uan]to sunt i[n] sup[er]ioribꝫ gradibꝫ · sic
d[e]scendendo · facit eos cade[re] in inferno · ꝛ
supponit eos co[n]culcatos ab omi
bꝫ qui sunt · Et io[d] tius · Thobias di
cebat filio suo · Sup[er]bia[m] nu[m]q[uam] in
tuo sensu dominari p[er]mittas · ī ip[s]a · n[on] ·
i[ni]tiu[m] su[m]psit omnis p[er]ditio · Alijs de
dit auaricia · q[ue] multi acceperunt · sic
ut dicit · Jer̄ · Omnes auaricie student a
maiore usq[ue] minore[m] · a p[ro]pheta usq[ue]
ad sacerdote[m] · S[ed] istis dat i[n] mundo
· laborem ꝛ sollicitudine[m] · timore[m] et
dolore[m] · q[ui]a res temp[or]ales cu[m] labore ꝛ so
llicitudine acquirunt[ur] · cu[m] timore cu
stodiunt[ur] · cu[m] dolore p[er]dunt[ur] · ꝛ in fine · [sunt]
diminuunt[ur] · Et est mirabile q[uod] isti
auari · diuicia ista nu[m]q[uam] saciant[ur] · Et
dicit[ur] in eccī · Qꝛ auarus nō i[m]plebi
t[ur] pecunia · nec i[n] inferno saciabunt[ur]
appetitu · Ex° · de diuite ep[iscop]o · ¶ Alijs
dedit inuidia · s[cilicet] · omnibꝫ qui dolent de
p[ro]sp[er]itate alioꝝ · quibꝫ inuidia ista
dat p[ro] dote cruciatu[m] · in a[n]i[m]a et in
corp[or]e · quia inuidus de bono cruciat[ur]
alterius · ꝛ de malo gaudꝫ · p[ro]p[ter] q[uod] dic[it]
quida[m] ph[ilosoph]us · q[uod] bonū est · q[uod] inuidus
haberꝫ · tot oculos q[uo]t memb[ra] · ut ubi
q[ue] cruciaret[ur] · Versus · Inuid[us] inuidi
ꝯburit intus ꝛ ext[ra] · Alijs dedit lu
xuria · istis in mundo isto · p[ro] dote dat ex
ticcat[ur] · ꝛ d[e]siccationes corporis · tot
· n[am] · s[cri]ptura d[e]siccatur · p[er] sa[lo]mon · Sp[iritu]s
tristis exsiccat ossa · S[ed] in futuro dat
eis q[uo]d dicit p[salmu]s · Ignis grando nix gla
cies sp[iritu]s p[ro]cellaꝝ · Alijs dat gula · q[ui]bꝫ
p[ro] dote sepe dat pau[per]tate[m] · sicut uide
m[us] ad oculu[m] · q[uod] qui sunt diuites p[er]
gula · ueniunt mendicando · Dat [etiam] infirm
itate[m] stomachi · pedis · capitis · lateris
ꝛ accelerat ad morte[m] · q[ui]a p[ro]pter crapulam
multi perierunt · Et similiter estas uo de
cet infirmitas · Et in inferno fel d[raco]
nu[m] uinu[m] eoꝝ · et ibi fame cruciab[unt]
Jon[as] · Difficile · imo i[m]possibile est · ut
p[rese]ntibꝫ ꝛ futuris q[ui]s fruat[ur] bonis ·
ut hic uentrem · ibi mente[m] impleat ·
ꝛ de delicijs transeat ad delicias · et i[n]
vtroq[ue] seclo p[ri]mus sit · ut in celo et in

de eodem in fine secu[n]tis ewangelii

terra appareat gloriosus. ¶ Aliis dat luxu-
rias quas multi acceperunt quibus pro terre-
nis ista dat egestatem. sicut sepe iudi-
cium quia non curabat de filiis suis. tum quia
expendunt bona sua cum meretricibus. et quia
in vita sua quesierunt lectum molle. ideo in
inferno dat eis instabilem. quia subter
eos sternetur tinea &c. Aliis dat ac-
cidiosis. quibus dat fastidium in se ipsis
et in aliis. et inutiles efficiuntur. ac in
firmitate sepe incurrunt. non capiunt
vicium. in ista in illa docuit ociositas
maxime quantum ad cogitaciones. Infer-
no autem dat eis omnem defectum. quia hic no-
luerunt operari. prius propter frigus. piger ara-
re noluit. id est operari. mendicabit in estate
in igne inferni. ¶ Quis est pater celestis.
Io. Ego eo illis nepcem. Iste pater
thesaurizat filiis hereditatem eternam. sed
interdum aliqui filii exheredantur. Pri-
mo patrem vituperant vel blasphemant.
secundo si se hostibus patris sociant. tercio si et indi-
gentes non subveniunt. Expone ut dominus
dabit. Rogemus &c. Feria quarta

Ascendens Ihesus Ierosolimam. assumpsit
secum xii discipulos suos et ait illis.
Mt. xx. Quia tempus quadragesime est tempus
in quo debent animas homines et corpora
doloribus ieiuniis et abstinenciis pro pec-
catis abluendis affligere et crucem peni-
tencie assumere ut consequantur donum de-
liciate vite. iccirco dominus in eius hodi-
erno loquitur de cruce et passione sua.
hortatur nos verbo et exemplo ad calicem
sue passionis bibendum. id est ad Christum
asperitate et pacientie ad imitandum. Di-
cit Mt. quod dominus noster vadens ad locum
in quo iudicium celebrat ad mortem pro sa-
lute hominum. prevenit diem sue passionis
per plures dies per tria. ¶ Primo ut osten-
deret quanto affectionis fervore cupiebat
ad salutem generis humani operanda. E-
rubescat ergo homo miser. qui sua
salute negligit. quam Christus tanto labo-

re ac precio acquisivit. ¶ ii. ut si ad mo-
rtem quereretur et non inveniretur. putaretur
quod pre timore mortis fugeret et se abscon-
deret. Ideo tempestive venit ad locum
ubi posset facilius inveniri. Ex quo christianus
sumat exemplum ut pro defensione fidei
et honore Christi non fugiat. sed audacter
se offerat morti. ¶ iii. ut ostenderet quod non quesi-
tus. non invitus. non coactus. sed volun-
tarius se obtulit morti. et tu quoque fac
similiter. Et cum esset iam tunc. vocavit ad
se discipulos xii. secreto. sicut amicos
et secretarios et dixit eis. Ecce ascendi-
mus &c. Ascendimus dixit. quia Ierusalem erat
in monte sita. In quo datur intelligi. quod
cum labore pene oportet nos ascendere ad
Ierusalem celestem. ¶ Et nota quod dominus sepe
discipulis passionem et resurrectionem pre-
dicabat. Sive ut in hoc se deum esse
ostenderet. qui futura predicabat. sive ut
discipulorum animos corroboraret. ne
adveniente passionis scandalizarentur sepe
quia sicut dicit Gregorius. Iacula previsa mi-
nus ledunt. sive ut passionem videntes
futuram sperarent resurrectionem et subiunxit
dominus. Et ibi filius hominis. id est Christus cum
esset discipulis tradetur principibus sacerdo-
tum et scribis. Non dixit a quo deberet
tradi. quia hoc erat occultum apud eum.
¶ Hoc autem fecit ne discipuli nimis con-
tristarentur et ne Iudas qui peccatum suum
non dum commiserat. sine causa confun-
deretur. Et ut omnes doceret quod peccatum oc-
cultum non publicemus. Et adiecit quod
principes sacerdotum condempnarent eum
morte. Et quoniam condempnabunt sub-
dit dicens. Et tradent scilicet dabunt eum
principes et alii in manus gentilium id est
Pylati et ministrorum eius ad illudendum
et penas. que ipse sustinuit. ¶ Primo ad de-
ludendum. sicut delusus in domo Hero-
dis. indutus veste alba quasi fatuus
et in domo Pylati veste regali et
spinis coronatus. et illusione salu-

tatus

aiur

s[er]uabat

·aucrex uideor· ¶ ·ad flagellandu̅ ·flagellatus h[oc] modo· q[ui]a fuit uestib[us] nudatus· nudus ad columpnā ligat[us] deinde nodosis corrigiis· totu̅ corp[us] g[ra]ui[ter] [et] uulneratum ¶ 3º ad [con]spuendu̅ h[oc] modo· n[am] in domo p[ri]ncipis sacerdo tu̅· anteq[uam] pylato p[re]sentaret[ur]· fuit uela ta eius facies· i· oc[u]li [et] alt[er] dabat ei alapas· alij cedebat eu̅ colaphis ·Alij spuebat in faciem eius· i· tm̅· q[uod] fetor sputoru̅· que erat sup[er] facie sup[er] modu̅ nares n[ost]ri saluatoris ¶ 4º ad crucifigendu̅· fuit q[ui]a p[ri]mus [con] tempnatus ad morte̅ crucis· dei de baiulās sibi cruce̅· Ductus est ad locu̅· vbi erat crucifigendus· et in hora vi· in ligno crucis· clauis affixus est· in pedib[us] et i[n] manib[us] [et] p[re] nimio uulneru̅ dolore· [et] totius sa[n]guinis effusione· hora nona ex spirauit· Ideo xp̅c qui nolebat oc cidi· p[ro] pecc[at]is homi̅u· uoluit has pe nas sustine[re]· q[ui]a homo peccato· his penis sp[irit]ualib[us] affligit[ur]· homo n[am] cu̅ peccat moraliter· ¶ Primo a dy abolo illudit[ur]· sicut auis ab aucu pe· q[ue] aspicit escam· [set] no̅ [con]siderat laqueu̅· Job· Nu̅q[ui]d illu. ei. q[uas]i aui ·Et sicut piscis a piscat[o]re· qui uid[et] cibu̅· [set] no̅ uidet hamu̅· [et] cu̅ cibu̅ capit· ab hamo capit[ur]· Abbac· Fa cies homi̅s q[uas]i pisces maris· Sic pecc[at]or solu̅ delectac[i]one· q[ue] est in actu pecc[at]i attendit· [et] laqueum pecc[at]i quo li gat[ur]· ut ad infernu̅ ducat[ur]· no̅ adu[er] tit· Iste laqueus obligat ad pena inferni· a q[uo] no̅ p[otes]t absolui· a q[uo] no̅ potest absolui n[isi] p[er] xp̅m· Osee· P[er] dicio tua isr[ae]l ex te· tn̅ m[od]o ex me auxiliu̅ tuu̅ ¶ 2º flagellis attrit[ur]· quia nudat[ur] donis v[ir]tutib[us]· [et] in[sup]er tis uulnerat[ur] in n[atur]alib[us] [et] debilitat[ur] i[n] sensib[us] sp[irit]ualib[us]· et tot plagas mortales recipit· q[uo]t pecc[at]a mortalia

[con]mittit· Luce· Expoliauerunt eu̅· [et] pla[gis] i[m]po[sitis]· abie[runt]· semi[uiuo] re[licto]· p[ro]p[heta]· In fla gella paratus su̅· Ab hijs plagis cu rari no̅ p[otes]t· n[isi] p[er] samaritanu̅· i· xp̅m· qui infundit· vinu̅ mordentis [con]pu[n] ccionis· [et] oleu̅ siue misericordie· [et] alli gat· [et] curat uulnera p[er] v[ir]tute̅ [con]fessio nis ¶ 3º in facie [con]spuit[ur]· i· tanq[uam] res ph[et]idissima putida· [et] abhominabilis a deo a[n]geli[s]· a demonib[us]· ab omnib[us] despicit[ur]· Osee· abhominables fa[ct]i sunt· sicut in ea q[ue] dilexerunt· p[ro]p[heta]· Vir sanguinu̅ [et] dolo· abhomina[bitur] do[minus]· Vn[de] bn̅ potest pecc[at]or dice[re]· q[uo]d sc[ri]ptu̅ est in Job· Faciem mea̅ no̅ ver[e]ntur spue[re]· i· deus angelus demo[n]· [et] homo iust[us] quia fa[ct]us es pecc[at]or· p[ro]p[heta]· Ego sum illoru̅ miseri a[rum]· canticu̅ eoru̅ tota die Dicit[ur] in lege moysi· q[uo]d si q[ui]s renuit accipe[re] vxorem fr[atr]is sui p[ro] mortui· ut susci tet semen fr[atr]i suo· Debz mulier illa spuere in facie̅ eius· ut sit [con]fusus semp[er] [et] despectus i[n] p[er]gemisius· [Dom]i nus n[oste]r noster est xp̅c· vxor eius est anima· q[uam] q[ua]n[do] talis abiicit· semp[er] i[n] [con]fusi one est ¶ 4º crucifigit[ur]· i· cruce a maritudinis· [et] remorsu [con]sci[enti]e sp[irit]u[aliter] affligit[ur]· [et] h[ec] est v[er]mis· q[ui] nu̅q[uam] mo rit[ur]· Quia diu ho[mo] est in pecc[at]o· siue i[n] mu[n]do· siue in inferno· [con]sci[enti]a eius semp[er] rodit· [et] mordet eu̅· q[ui]a ipse deu̅ [con]tempsit· celu̅ p[er]didit· p[ro]ximu̅ negle xit· penas inferni no̅ timuit· [set] eas sup[er] be [et] miserie incurrit· talib[us] cruci atib[us] miser pecc[at]or crucifigit[ur]· Apoc· cruciatus eoru̅ i· pecc[at]oru̅· cruciatus scorpionu̅· qui solu̅ cauda mordet· sic pecc[atu]m no̅ a p[ri]ncipio· [set] post fine̅ c[ru]ciat animam· [et] remorsu̅ [con]sci[enti]e in[m]i tit· Dominus g[ra]tiosus pecc[at]or· qui uult ab hi[s] penis liberari omnino· ex[e]umat a xp̅o· [et] curat ad cruce̅ sce penite[n]cie· i[n] qua om[n]e peccatu̅ dimittit[ur]· [et] pecc[at]ori diui[n]e gr[ati]e restituit[ur]· [et] filius dei effi

i. suas

c. suam

tur. ¶ Sequitur quod tu dominus passionem
et mortem: sic per ordinem nunciasset, sic
uixerit eciam quod 3a die resurgeret, quod fecit
propter 4or. ¶ Primo ut scilicet discipuli qui
audita passione et morte contristati essent
tamen de resurrectione subsequenda, ut in hoc
in consolarentur. ¶ 2o ut in die passionis
non timerent, sed uiderent eum mortuum, quia
iam per ipsum certificati erant de resurrectione.
3o ut exemplo eius desolatos et tribulationi
positos libentius consolemur. ¶ 4o ut nos
certificaret de nostra resurrectione, quia si caput
resurgeret et membra resurgent. Ro. 8.
Qui suscitauit ihesum a mortuis
uiuificabit et mortalia corpora uestra. Et
quod dominus resurrectionem suam sic asserit du-
o ex discipulis suis, Ja. et Joh. frater
eius putantes eum statim post resurrectio-
nem suam mundo regnare. Rogauit
matrem suam ut ab eo peteret aliquam graciam
pro ipsis. Cogitauerunt enim quod Christo ratione pa-
rentele, tum soror matris Christi erat, statim
deberet eam exaudire. Ipse miserunt ma-
trem eo quod mulier melius scit blandiri
quam uir. Vnde dicitur mulier quam molles
hec. Ipse scierunt in petendo, minus re-
prehensibile est. Ipse quia secundum fragilita-
tem deus exaudit. Isti discipuli adhuc
erant noui in discipulatu et credebant
male quod Christo regnaturus esset in hoc mun-
do, cum tamen regnum eius non esset de hoc
mundo ut ipse dicit. ¶ Isti erant ambicio-
si, quia sine meritis uolebant se aliis pre-
ferri. Mater uero que secundum carnem tenerrime
diligebat eos, uenit cum filiis ad ihesum
et in presencia aliorum discipulorum petiit ab
eo flexis genibus ut unam peticionem graciam
sibi daret. Voluit autem dominus ut illa
coram omnibus peteret, ut omnes scirent
quod peticionem non concederet, et ut istos disci-
pulos coram omnibus de presumpcione redar-
gueret. Et dixit ad illam: Quid uis
ut faciam tibi. Vnde dicit glosa: Non in-
terrogat dominus ex ignorancia, sed ut illa

palam desiderium suum aperiat, et ipse oc-
casionem docendi habeat. At illa dixit:
Dic ut hi duo filii mei sedeant
unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram tuam in regno tuo. ita quod non
oporteat me te amplius rogare, nec
alius posset me preuenire, quod hii duo
filii mei consanguinei et discipuli tui
sedeant iuxta te ubicumque fueris. Vnus
a dextris et alius a sinistris tuis. Cer-
tas bona mulier putas Christum in mun-
do regnare. Sed audi quid dominus dicat: Nescitis.
Cum respondit mulieri, quia uerba que dix-
erat non erant sua sed filiorum quorum u-
tilitatem procurabat, et quia etiam mise-
rat, et ideo dixit illis conuertens se ad illos:
Nescitis quid petatis, sicut carnales et
amore carnali pleni bonorum cupidi
secularium, insipientes credentes sine
meritis coronari, et ideo non estis exau-
diendi. ¶ Vnde notandum quod 4or sunt peticiones
quas deus non exaudit, non propter indig-
nitatem petencium sed propter indignitatem peti-
cionum. Primo est qui petit rerum tempora-
lium affluenciam que est sepe hominum cau-
sa superbie, gule, luxurie, auaricie.
Thi. Qui uolunt diuites fieri incidunt
in temptacionem. Eccl. Diuicie congregate in malum
domini sui. Et ideo temporalia tamquam nociua ac-
to peritura malorum incitamenta petenda
non sunt. Col. Que sursum sunt querite
non que super terram. ¶ Secunda est qui petit
inimicorum uindictam, que recte se opponit
caritati, et scriptum: Qui enim sic petit of-
fendit, quod si iniuriam illatam non dimittit
fratri et proximum non diligit, immo odit
et tamen petendo dicit contra ordinacionem
domini dicentis: Dimittite et dimittetur
uobis. ¶ Iste si non dimiseritis, nec pater uester
dimittet uobis. Joh. Qui odit fratrem
suum homicida est. 3a est qui petit
dignitates siue honoris secularis uel ec-
clesiastice eminencie. Hanc peticionem ex
cordis uanitate uel ex fastu superbie
procedere nulli dubium est, et ideo est om-
nino contraria ordinatori domini dicentis:

No

dilectioni

Qui maior est inter vos erit vester
minister. Nescit quid petit, quia quanto
est in loco superiori, tanto periculo
maiori subiacet. Propterea dicit dominus:
Nolite vocari ab hominibus rabbi.
Quartus est qui petit prolixiorem vitam, non
animo deo serviendi, sed solum ex appetitu
vivendi. Quia enim vita plena est periculis,
ille enim animae suae diligit periculum,
qui tempus vivere cupit. Ecclesiastici: Qui amat
periculum in illo peribit. Dicit Ambrosius:
Quia vita prolixa non potest duci sine peccatis,
ille qui plus vivit magis recedit. Inmixtus peccatis. Propterea viri sancti
appetunt vitam suam finiri. Dicitur
in psalmo: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Omnibus aliis istorum modorum petentibus dicit dominus: Nescitis
quid petatis. Et beatus Jacobus dicit: Petitis et non accipitis, eo quod male petatis.
Debemus autem petere a domino peccatorum
absolutionem, vitam divinam, gratiam
per quam homo peccatis resistit et in bono persistat, amorem dei et proximi, dei timorem et
adversis patientiam, et in persecutionibus
et operibus bonis exercitationem, continuam
mortis memoriam, cordis munditiam,
dei regnum et gloriam. Et quia petitiones
iterdum non exaudiuntur, sicut require circa
post octavam pasche. Sequitur: Et interrogavit eos dicens: Potestis bibere
calicem quem ego bibiturus sum, id est, estis
pati sustinere passionem et mortem pro me,
sicut ego pro vobis, ut dicit glossa. Et
licet Christus sciret quod possent eum imitari
in passione, tamen interrogat eos ut illorum
responsionibus audiamus quod nemo
potest cum Christo regnare nisi passione eius
in tante prius fuit imitatus. Et circa
hoc verbum potestis bibere. Nota quod triplex
est calix Christi. Primus est calix sanctissime passionis. Johannes: Calicem
quem dedit mihi pater non vis ut bibam illum.
Nono ... calicis, quamvis sint carne fuit amarissima, tamen nobis id est quantum ad salutem fuit suavissima, quia ipsa est
causa salutis omnium nostrorum. Christus pro nobis mortuus est. Et hoc est vinum quod ad sufficientiam. Secundus est calix sacramentalis quem apostolus vocat. Corinthios: Calicem
benedictionis cui benedicimus et cetera. Quod excellentius dicitur benedictionis, quia per ipsum
multipliciter benedicimur participantes, id est, hic
calicis augetur in nobis gratia dei, dilectio
proximi, corroboratio fidei. De isto calice dicitur in psalmo: Calix meus inebrians, quia oblivionem vanitatum delectationum inducit, quam preclarus est, quia ad
claritatem celestem ducit. Tertius est calix
imitationis, de quo dicitur hic: Potestis bibere calicem, id est, potestis me imitari
in passione, vel saltem inceptanda cum
temptationibus. Marcus: Qui vult venire post
me abneget semetipsum et cetera. Hunc calicem id est passionis et mortis Christus vult ipse quod semper
in memoria habeamus. Tren. 3. Recordare paupertatis et passionis transgressionis
mee, id est passionis mee, que transgreditur aliorum
passiones in tribus. Primo scilicet in nobilitate. Johannes: O vos omnes qui transitis per viam
attendite et videte et cetera. Pro indignitate.
Nam quanto nobilior et dignior est qui patitur, tanto maior est eius passio iudicatur. Sed Christus omnes excedit. Tertio in utilitate. Nam passio aliorum sanctorum solum
eis sunt ad meritum et nobis ad exemplum.
Passio vero Christi est que sunt ad meritum.
Phil.: et per quod et deus exaltavit illum et cetera. Nobis meritum et exemplum. Petrus: Christus pro nobis passus est nobis relinquens exemplum. Et
toti humano generi in remedium. Ro. 4.
Reconciliati sumus deo per mortem filii eius.
Sequitur: discipuli autem interrogati a domino,
id est Christo, an possent calicem eius bibere, Responderunt possumus, quasi dicerent pati sumus
et bibere. Sperabant enim post hanc
resurrectionem statim de sessione petita hic
promissum. Et dicit glossa: Quia ipsi

Nota

Acquirit

licet non quo ad efficaciam

ad huc inexperti erant · leuius uide
bat eis q̄ experti timuissent · Que
postea dn̄s reddit · Calicē meū bi
betis · q · d · vobis a deo donatū est · ut
habeatis fidē passionis mee · et p me
penā patiamini · Sed sessionē q̄ petitis
· nō est meū dare uobis · sic ambitio
sis · et suꝑbis · sed humilibꝫ · quibꝫ reg
nū celoꝝ paratū est a patre meo · Estote
ergo humiles · et uobis paratū erit · ¶ Et dicit
glosa q̄ regnū celoꝝ nō est dantis · sed
recipientis · qꝛ nō est ꝑsonarū acceptor
apud deum · sed omnis qui dignus est
accipit · nō tamen ꝑsone · sed uite ꝑsonarum
datur · ¶ Decem ex discipulis · hoc audientes
· s · quid esset duo uolebant p̄ferri aliis
indignati sunt · et moleste ferebant · sed eis
et aliis p̄ferrentur · et dicit glosa · q̄ ad
huc carnales erant sicut alii · Et ideo
dn̄s aduertens · uocauit eos ad se mi
tigare illoꝝ · et omnibꝫ aliis licentiatis
· Et cepit eos humilitatē docere uerbo et
exemplo ¶ Vos scitis q̄ homines secu
lares et infideles · rectores sunt principes
qui regunt eos · et isti sc̄ dicti · potestatem
quā habent exercent sup eos · qꝛ uolunt
assiduis honorari · sicut maiores
eoꝝ ubique et fidei et omnia perficiunt
eis cum imperio · et inobedientes grauiter
puniuntur · ut tamq̄ potentes timea
tur · Sed ego uolo et ordino · q̄ hec
nunq̄ fient inter uos · immo hec est reg
la q̄ semp seruabitis · ut ille qui
maior est in uobis · siue officio · siue p
latione · siue alio quocumq modo · sit
seruus et minister omnium alioꝝ · et in
omnium et inspali · nō ex similitudine ꝯditione
· sed ex humilitate et caritate · Ut sicut
alios precedit platione · ita eos ante
dat humilitate · qꝛ ille est in uobis omni
modo maior · qui fuerit humilior · et ide
o · docui uos uerbo uolo docere exemplo
· Ego · n · qui sum dn̄s · celestium terrestri
um et infernoꝝ · ueni in mundum · nec uo

lui q̄ ministraretur mihi · immo ueni sicut hu
mano genus in diuino seruitio · qꝛ ueni dare
animā meā · et uitā meā ad mortē et
martirium · pro redemptione multoꝝ · id
omnium saluandoꝝ · Ergo sicut boni discipuli
xp̄i · imitemini doctrinā magistri · et sicut
boni serui · imitemini exemplū domini · ha
bentes inter uos caritatē et humilitatē · p
quas ꝑueniatis ad eternā beatitudinē · ad q̄
nos ꝑducat ihs̄ xp̄s dn̄s noster ·

Homo quidam · Feria quinta
erat diues · Luce · 16 · Istud euan
gelium expositum est sup dn̄ica prima
post festum trinitatis · Sed legitur m̄ · 3ª ·
· quia i agit de auaritia diuitis · q̄ et
uiri paupis ꝯpati noluit · Propterea dei
miam ꝯsequi nō potuit · sed iusto dei
iudicio · ad infernum descendit · Iste
de humilitate et patientia pauperis · propter q̄ ui
ta eius cō placuit · et post mortē ad
requiē sanctoꝝ tradiuit · ut dictam ꝯexsti
loꝝ ꝯsideratione · aliis materiā ꝯtendere · et in
humilitate se reprimere · semꝑ uiuere et ꝑma
nere · et in omni tribulatione patientiam habere q̄
est custodia anime · Luce · 21 · In patientia
uestra possidebitis animas uestras ¶ No
tes sic proceditur · Super brevium aug · Status
hominis triplex ꝯsideratur · s · in uita · in mor
te · et post mortem · et q̄ ad hunc triplicem
statum describit hic diues et paup ·
Status siquidem diuitis · fuit in ui
ta in magnis delitiis in magnis diui
tiis · in magnis honoribꝫ · qꝛ indue
batur purpura et bysso · et in magnis diuiti
is et deliciis · qꝛ epulabatur cotidie spl
endide · nō autem reprehenditur eo q̄ diues
erat · sed cura diuitias amplius pec
cabat · ¶ Nam auare eas retinendo ·
qꝛ nec pauperi dare uolebat · hoc · n · est p
prium · auari · ut omnia bona sua ꝯtine
at · et nulli aliquid tribuat · Unde in ꝑsona a
uari dicitur · Luce · 12 · In ueni requie
m · et nunc de bonis meis manducabo
solus · Notus fuit allexandr · q̄ nichil

fiat quinta

1°

hre volebat. quia suis militibus diui
de non posset. Unum cum quadam vice pro
da silua pergeret et ipse cum exercitu suo
fere siti deficeret. quidam pro magno
munere ciphum aque ei dedit. quod ille ma
dauit effundi noluit. n. solus bibe
2o postquam alijs non potuit communicare. Secundo
vane eas exponendo. quia diuicias
suas expendebat in vestibus candidis et
epulis delicatis. debemus quidem bona tem
poralia utiliter expendere. cum non sint nostra
propria. Et ideo ad dissipandum pauperibus
nobis commissa. Quia autem non sunt nostra pro
pria. patet in morte quia nobiscum portare eas non
possumus. Exemplum. Sicut qui canis
sequitur duos homines cuius sit igno
ratur. Et quando homines ad inuicem separantur
tunc canis sequitur dominum suum. Quidu
ersione sunt homo et mundus. et cuius
sint diuitie hominis uel mundi in uita
non apparet. Set in morte nam in mundo rema
nent. et homo nudus de mundo rece
3o dit. Tertio ipsas diuicias nimis ama
do. nimis. n. iste diues diuicias a
mabat. et in eis cor suum posuit. Con
tra istud dicit psalmista. Diuicie si affluant
nolite cor apponere. Et merito non debemus
cor apponere. quia se amantes mergunt
in interitum. Unde istud thy. 6. Et ideo eas
pauis uigere debemus sic fecit craton et seruatis
thebanus. quod statim refertur. Iste magnum
auri pondus in mare proiecit. dicens. Abite
male cupiditates in profundum. ego uos
mergam ne ipse mergar a uobis. Quarto eius
status fuit in honoribus. quia induebatur
purpura et bisso. ad ostentacionem et uanam
gloriam. Consilium est autem de uesti
bus gloriari. homo quidem propter peccatum fuit
vulneratus excecatus et in furto dep
hensus. et ideo deus qui sibi uestes de
dit tamquam vulnerato ligaturas apposuit
tamquam cecato. uelamen superposuit. tamquam
quod furi cautum inpressit. Tale est ergo
de spolijs uestium gloriari. quale si as

vulneratus gloriaretur de sua ligatura. vel
cecatus de uelamine deaurato. uel fur de
cauterio quod esset pulcher. Bernardus. Qui
gloriatur in uestibus similis est furi qui
gloriatur. Quinto status eius fuit in delicijs de cauterio
Faciebat n. conuiuia lauta. Ideo dicitur
quod epulabatur cotidie splendide. Nam epule
ab opulencia sunt dicte. et talia diuicie homi
nem et ad inopiam perducunt. Qui in diligit
epulas in egestate erit. Conuiuia conti
nua. Unde dicit cotidie. Et talia ducunt
ad intemperanciam. Conuiuia delicata
Unde dicit splendide. et talia ducunt homi
nem ad luxuriam. Set plene semper epulas
comitatur voluptas. Status me
ndici contrario fuit. Ille n. fuit in diui
ciarum ubertate. Iste in extrema paupta
te. Ille purpura et bysso indutus. Iste ul
ceribus circumdatus. Ille habundans deli
cijs. Iste indigebat micis. Patieba
tur iste paup. simul tria incommoda.
paupertatem. infirmitatem. et indigenciam. Et
eciam temptacionem. Magnas temptatio
nes paciebatur. cum uidebat se habere pane
neque salute. et diuitem uidebat habere tan
ta salute. et tanta uoluptate. et ta
men quolibet istorum ad penam sufficiebat.
Set paupertas sine infirmitate. et in
firmitas sine paupertate. Et deus approba
cionem hanc sibi dedit. Certe quidem la
zarus iste aurum dei fuit ut igne probaretur
istud autem positum est in fornace paup
tatis. et non est corruptum. Posita est
ista margarita in sterquilinio ulcerum
se infirmitatis et non potuit inficii.
Posita est ista stella in nebula temp
tacionis. et non potuit obscurari. Set
extractum est modo aurum de camino pau
pertatis. et positum est in celesti the
sauro. leuata est margarita de sterqui
linio. et posita est in regali orna
mento. purgata est stella ab omni ne
bula temptacionis. et refulget nobis
per exemplum. Tertio describitur status ist 2o

tor' i morte · quia uerq; mortuus est
verq; de mudo raptus est · Sed diuersimo
de · Ita diues mortuus erat · morte
culpe · q separat aiam a deo · Postea
mortuus est morte nature · q separat
aiam a corpe · tandem mortuus est mo
rte gehenne · q separat aiam a dei visi
one · et beator societate · Lazar' ec mo
rtu' est · vnica morte · morte s. nature
Vterq; ec est raptus de mudo · Sed diuersi
mode · qr lazarus sinu abrahe ab an
gelis deportatus est · q deportacio fca fuit
pp custodia · ps · Angelis s. madauit
de te · et c. pp reuerencia · sic epi · qn in
tronizant' · et pp leticia · Crisogonus
suffragabat ad portandu paupem vni'
angelus · Sed pp ea pstes venerut · ut chor'
leticie facerent · Diues aut prothi
anus depabilr ad tormentum inferna
le ductus fuit · et i sepultura sepelu
tur vsurarij et vix iniqui · Je · xx ·
Sepltura asini sepelient' · Asini sep
ultura sepelient' · Asini sepulta talis
est · qd pelle excoriat' · et ipa pell' a do
mino suo possidet' · Carnes a ca nibz
lacerat' · Ossa pluuijs et grandinibz ex
ponunt' · Sic qn aliqs diues iniquus
morit' · parentes cu omnibz bonis spoliat
Vermes carnes lacerant · et grandines
infernales aiam cruciant · q aia na
tura ossis habet · Ecc · x · Cu morit' ho
hereditabit serpentes · s. infernales
quo ad aiam · et bestias · i · parentes ua
stantes eius terrena sbam · bestia qi ua
stia dicit' · et vmes corrodentes carnes pp
3o as · Post morte paup in sinu abra
he requiescit · Et dicit' sinus abrahe
locus superior inferni · hns aliqt luce ·
q dicit' sinus pp tranquillitate · sicut
sinu matris dicim' locu aliq quietis
quietu · Diues aut fuit i diuersis tor
mtis sicut fuit i diuersis pctis · Na
sicut dr sapie · xi · Per que quis peccat
1o per h' et torquet' · Peccauit quide ide
diues i duitiar' vbertate · et io punitur
inestimabili necitate · Na no petebat
balsamu · neq; vinu · nec stulla aq
s; vnu digitu intingi in aqua · et tam
no potuit obtine · Et h est q Ja · 2o · di
cit' Judiciu sine mia · fiet ei q no fe
2o cit miam · Itm 2o peccauit i uestiu ua
rietate · Ideo punit' penar' diuersitate
· hz · n · duo mutatoria penar' de qui
bz Job · 24 · ad calore nimiu trāseat
ab aquis niuiu · Qui · n · induebat
pur' q hebat colore igneu · mo indu
it ueste ignita · et qui induebat bysso
qui habet colore candidu · mo indu
3o it' uestimto niuiu · Itm 3o peccauit pec
cato gule · io punitus est · ad ustione
lingue amp torqbat · Tripli' pec
cauit in lingwa · po s. paupem irri
dendo · 2o nimis voluptuose edendo ·
Petrus raue · Lingwa mag ardet · qr
paupi insultabat · et uina degustat
~~ebatur~~ · qui pciosos cibos · et odorata
pocla degustauit · 3o peccauit in lin
gwa mri bruuia · ad detcoem et clara
to · Crisost' · Qui in conuiuio mag in
loqcitate peccauit · lingwa atrocius
ardebat · Multi sut hodie · qui de hoc
triplici pcto punient' · s. qui paupibz ir
risiones faciut · voluptuose comedut
et bonus detrahe no desinut · Rogo
Homo q̄dam
erat prfamilias · q plantauit vi
neā · Mt · 21 · Quia ewangelij moral' expo
sicio ad aime spectat · io sic exponem' · In q
comedat' · Primo vtilitas et nobilitas
anime sb figa vinee · et h ibi dicit · ho
erat pfa · et c. 2o · bonitas et pietas
dei · cu nos sb figa dni vinee · Et h ibi
· Et loca · 3o seueritas diuine iustic · cotra
dissipatores et deceptores sue anime
sb figa iusticie · q exercuit dns i ma
los vinee cultores · et h ibi · Malos
male pdet · Et finaliter eius hortatur nos
ad assumpcoem anime · Dilecione totalē fer. vj.

diuine · et timore diuine iustitie · Di
cit enim euangelista quod dominus iesus cum predicabat po
pulo iudeorum · et dixit hanc similitudi
nem · homo quidam erat et cetera · Hic homo de
us est · qui est pater noster · qui est in ce
lis · et dicitur paterfamilias · qui habet multiplicem
diuine familiam · Vnam in celo quam reficit
omnium consolatione et gaudio · Aliam in infer
no · quam replet penarum supplicio · Aliam
in mundo quam pascit temporali et spirituali
subsidio · Iste plantauit vineam · id est insti
tuit statum penitentie · que vinee comparabi
tur · Primo quia vinea in hyeme est
turpis et despecta · sic penitentia aspera videtur
propter proprie voluntatis abnegationem · quia
oportet penitentem omnino voluntati diuine subiacere ·
ut dicat non mea sed tua voluntas fiat
Desideriorum carnalium mortificationem · eo
quod militet aduersus animam · Col. Mor
tificate membra vestra · que sunt super terram ·
uitiorum motus · Carnis afflictionem · quia
oportet non solum a consuetis et licitis abstinere
sed et similibus afflictionibus subiacere · ut pro
preteritis peccatis puniatur · et crucifigatur ·
ne germinet iterum spinas et tribulos · sed in
humilitate teneatur · Secundo quia de vinea pro
cedit · quedam medicinalis lacrima · de hoc
Scriptura ex doctorum · sic penitentis magis est et
doctorum auctoritates · et hoc probat lacrime
christi · quas pro peccatis nostris abluendis · pluries
lacrimatus est · Sic lacrima penitentis
tis est anime medicinalis · Mat. 4 · Beati qui
lugent · Tertio quia odor vinee serpentes ex
pellit · Sic penitentie lacrima · non solum de
mones · sed et ipsorum suggestiones · et ui
tiorum temptationes fugat · Tantus est
enim odor penitentis · quod deus dicit cum · Ge.
27 · Ecce odor filii mei · Quarto quia vinea
quanto magis respicit solem · tanto facit fruc
tum meliorem · Sic et in penitentia vineis · quan
to magis iusti uel solis · id est christi · considerat et
se ex parte suo posse conformat · tanto melio
rem fructum portat · Eph. · Estote imitato
res dei · et ambulatis in dilectione et cetera · Luc. Fa

cite fructus dignos penitentie · Quinto quia vinee
cultoris sui · magnam exigit diligentiam ·
oportet enim ut putetur · ligetur · foliis denudetur
ad radicem fodiatur · et fructibus custodiatur ·
Vinee stultorum negligentes sunt · et sine fructu
erit · et parum ualebit · Ad aptationem huius vi
nee · id est penitentiam quam deus plantauit · id est in
stituit · a principio mundi · quando dixit ade
post peccatum · in sudore vultus tui · id est in af
flictione penitentie · uesceris pane tuo · id est refec
tione celesti · de quo luc. 14 · Beatus qui
manducabit panem in regno dei · Et dicitur
quod sepe circumdedit eam · scilicet vineam · et posuit in
ea torcular · et locauit eam agricolis · que omnia
ad commendationem penitentie dicta sunt · et maxime ad
structionem · Sepes enim obedientia est mandato
rum · quam dum homo durat · nec fures nec ma
le bestie possunt nocere huic vinee · Tor
cular enim est memoria dominice passionis
et dicitur torcular crux christi · quia in ea
pressa sunt illa uua benedicta · que nata est de
uite benedicta · Et emanauit inde li
quor preciosus · quo sanatus est mundus
Hec memoria laborantes in vinea mi
rabiliter confortat · et omnem eam altitudine
alleuiat · unde dicitur bern. · Omnes amari
tudines mentis sanat · dulcis recordatio
crucis petentis · Exemplum de nouicio qui
uolebat recedere · Turris est fir
ma spes quam habent penitentes de peccatorum
remissione · Ro. · Gloriamur in spe glorie
filiorum dei · Spes autem non confundit · id est audaciam
tribuit · per spiritum sanctum qui datus est nobis · Et
non quia hic triplex · scilicet sepes · id est obedientia uoluntatis
diuine · Torcular memoria passionis
dominice · Turris est spes percipiende gratie et
percipiende glorie · immo iam exornatur et con
fortatur penitentes · et habitatione diuine gratie
et glorie expectatione et cetera · Sequitur et pe
regre profectus est · bonitas et pietas dei · in hoc
quod dominus vineam locauit agricolis · id est penitentiam
et agendam commisit hominibus · et peregre
profectus est · id est ad modum recedentis se
habuit · quia homines in libro arbitrio dimi

[Marginal note:] Est differentia in primo loco
... ...

sit. ut si vellet penitentiam ageret. Cum autem
appropinquasset tempus percipiendi fructus
.i. inquirendi si homines dignos fruc-
tus penitentie fecerant. quod fuit post datam le-
gem moysi. Misit dominus aliquos prophetas si-
cut ysaiam, ieremiam, ut hominibus predicarent
et de fructu penitentie diligenter inquire-
rent. Judei autem qui super omnes homines
debebant diligere penitentiam. ipsi accepta lege
audientes istos prophetas predicantes et e-
orum peccata arguentes ceperunt eos et alium
ceciderunt .i. ieremiam. alios occiderunt. sicut
ysaiam. alium lapidaverunt .s. zachariam.
Dominus autem patienter sustinuit. et post
modicum misit plures servos misit .i. ma-
iori multitudine prophetarum. de quibus iudei
multos occiderunt. et alios a se eiecerunt. Et
dominus adhuc dissimulans vindictam et
dans locum penitentie misit filium suum natum
de virgine ad commonendum et docendum eos
de penitentia verbo et exemplo. principes autem
iudeorum cogitaverunt. Hic occidamus istum
heres in hereditate .i. summum dominium in omnibus
populis sine contradictione. quia per legem moysi quam
docemus. Ita et hunc filium innocentem occi-
derunt. Et cum dominus hanc hystoriam sine
aliqua expositione dixisset iudeis. statim
interrogavit eos. Cum venerit dominus
vinee quid faciet agricolis istis. Et ipsi de
se dicam non intelligentes dixerunt. Ma-
los male perdet. quia fuit dicere. illos homi-
cidas sicut dignum sunt interficiet et vine-
am locabit non heredibus suis. nec he-
redibus sue generationis sed extraneis qui sint
fideles ad reddendum fructum. Et ista
est .2.a pars evangelii. ubi ostenditur severitas
divine iustitie. Unde iste ignorabant quia
dicerent prophete habebant. quia ipsi peccata sua et
quia legem sibi traditam non servabant fi-
lium dei occisuri erant. de terra sua eicien-
di erant et per totum mundum dispergendi
et regnum eorum transferendum erat ad gen-
tes. sicut factum est tempore vespasiani
post .xl. annos a bascensione domini. ita quod

hodie nec habent regnum nec civitatem. sed di-
spersi sunt inter christianos. sarracenos pa-
ganos et alias nationes. et sunt sub ob-
probrium omnibus gentibus. Dominus autem post
confusionem eorum dixit eis. Legistis quod
in scripturis vestris lapis qui reprobatus est
ab edificantibus templum .i. ecclesiam dei
factus est in capud anguli .i. positus est in
capud anguli ut duos parietes in unum
edificium coniungeret. et hoc factum est a domino
non ab hominibus. et est mirabile in
oculis nostris. Hec est expositio eorum
verborum. Ego sum lapis missus a patre
in mundum ad edificandum ecclesiam dei.
sed vos qui debebatis eam edificare re-
probastis me. vitam meam despicientes di-
centes quod sit vinum potator publicanorum
amator. legis dei destructor. miracula
mea detrahendo dicentes. In beelze-
bub eicit demonia. non est homo a deo
qui sabbatum non custodit. morte me
a mach[...] et michi ... licet paucos
de iudeis et multitudinem gentium ego con-
verti in fide vera etc. Et ideo dico vobis
quod auferetur a vobis regnum dei .i. eternum
et ecclesia eterna et dabitur paganis qui
convertentur et illi faciant iustitiam eius
.i. penitentiam. per quam pervenient ad illud. Vinea
.s. regnum a gente in gentem transfertur propter
iniustitiam et iniurias. Unde contumelias
et dolos. Et cum viderent ad hec
scelerati .i. ausultarent sed dominus ad alia
diceret. ipse subiunxit. Ita dico vobis
quod quicumque ceciderit super lapidem istum de
quo dixi vobis confringetur. super quem vero ipse
ceciderit conteret eum. Hoc est sicut est
inter me et hominem. sicut est inter vas fic-
tile et lapidem. Si .i. vas fictile si
cadit super lapidem confringetur et scinditur
in duas vel tres partes. sed adhuc est locus
reparationi. Si vero lapis magnus ca-
dit super vas fictile ita comminuit ipsum
quod numquam est spes reparationis. Sic est
inter me et hominem. quia si aliquis ceciderit su-

me per infidelitatem · sicut pagani
vel Sarraceni vel etiam qui fidem iam non
habent · et per culpam mortalem · sicut christia
ni · qui licet sint fideles · tamen preceptis
meis sunt inobedientes · ad hoc ut pos
sint reparari primum per fidem · hii per peni
tentiam · et hic vivus est si vivit ¶ Si non est
te lapis · id est christus ceciderit · super hominem
peccatorem · in morte ipsum in suo iudicio · et
in die iudicii sententiam generalem · et omnis
perfectio ipsius · id est cum ita comminuet · quod non
quoad possit reparari ¶ Cum dominus ista verba com
plevisset · quesierunt principes iudeorum
quod de eis loqueretur · et cogitaverunt apud
se eum occidere · sed timuerunt turbas · quia
sicut prophetam eum habebant · Ecce homines
maledicti · unde debebant corrigi · et meli
ores fieri sunt deteriores · Dicitur enim homines mu
lti · dum a deo corripiuntur · sive in infirmi
tatibus · sive tribulationibus · sive paupertatibus
deteriores fiunt · de talibus nulla spes corre
ctionis sive conversionis habenda est ¶ Et
inde mirabile · turbe · id est simpliciores et pa
uperiores in populo christum libenter audie
bant · laudabant · et sicut prophetam eum ha
bebant ¶ Principes vero et alii maiores ·
eum peccatorem dicebant · et occidere cogita
bant · Dicitur enim hodie qui sunt ditiores et
potenciores omnibus aliis sunt deteriores
[illegible] Sabbato [illegible] primus

Homo quidam habuit duos filios · et dixit adolescentior ex illis patri · etc · Luc. 15 · Omnis
predicatio que fit in ecclesia · tendit
ad ista duo · scilicet ut peccatores convertantur
et sic a peccato recedant · et ad penitentiam cur
rant · Et ut peccatores consolentur de divina
misericordia et sic penitentiam diligant · et in ea cum
gaudio permaneant · et hec duo manifeste
facit presens evangelium · cuius hystoria quere ipsa
sic exponitur ¶ Dicit enim beatus lucas · quod
dominus noster cum semel predicaret · acces
serunt ad eum multi peccatores · ut melius
intelligerent eum · quod dominus benigne sus
cepit · Iudei autem ceperunt murmurare dicentes

iudeorum divites · Quia iste hic qui pec
catores recipit · ac si dicat · quia peccator
est · ideo peccatores honorat et recipit ·
Sed dominus videns nequitiam eorum et igno
rantiam quia nesciebant quod deo placeat sa
lus animarum peccatorum · proposuit eis unum exem
plum ¶ Homo quidam habuit duos filios · et
dixit adolescentior ex illis patri · pater da michi
porcionem substancie que me contingit · et divisit illis substanciam
¶ Iste pater significat deum · qui habuit duos fi
lios · bonos et malos · vel unum antiquum id est sa
pientem · quia in antiquis est sapientia · et alium
iuvenem · et parum discretum · quia iuventus
magis sequitur voluptatem quam rationem · per
antiquum intelliguntur boni · per iuvenem
vero mali · Modo dicit quod iuvenis pe
tivit porcionem a patre · scilicet ut sic esset
liber a regimine patris · quod sic exponitur · Sub
stantia dei patris est · tempus quo vivimus
et omne bonum naturale · sive sit corporis si
ve anime · Hanc substantiam deus inter fili
os dedit · quia tempus dat omnibus dispen
sat tamen singulis prout vult · Filius iunior
id est malus porcionem petere dicitur · non ver
bo sed facto · quia cum delectatur se regere suo sen
su · per liberum arbitrium a dei regimine recedit
et solum naturalibus bonis contentus · non
curat de bonis gratie · quibus mediantibus
homo a deo regitur · et tunc deus pa
tris substantiam dividit · quando hominem suo ar
bitrio dimittit ¶ Sequitur quod iste filius
accepta sua porcione a patre recessit · et
ivit in regionem longinquam · et ibi dissipavit sub
stanciam suam · scilicet vivendo luxuriose · et tunc scilicet facta est fa
mes in regione illa · et ipse cepit egere · et ex hoc constitu
it servitorem et famulum cuiusdam civis re
gionis illius · qui misit illum in villam ut
pasceret porcos · Verba ista sic exponuntur ·
¶ Nam cum homo vult vivere propria voluntate ·
dimissa et contempta voluntate divina ·
statim cadit in peccatum · Et vi genera
mala incurrit · que in hoc evangelio per ordinem
ponuntur · Primum est quod ipse a deo patre su
o recedit in regionem longinquam · De quo pro

regio status peccati · ubi non habitat deus nec
angelus · nec sanctus · nec homo iustus · sed
solum ibi habitant demones et peccatores
et peccata · et hec est societas infernalis · Et
dicitur regio longinqua a deo · non loco sed
dissimilitudine · quia quociens homo perpetrat peccatum · et
tamen adhuc addit aliud peccatum · et aliud
maior fiet distancia · Et quanto plura fe-
cerint peccata · tanto longior erit via · et di-
fficilior regressus ad deum ¶ Tercium est quod ip-
se dissipat · omnia bona sua · scilicet bona
naturalia a patre tradita · quia racione · voluntate ·
et memoria · ingenio industria · et aliis
quibuslibet bonis · male usus est · et omnia meri-
toria opera que fecit · per peccatum mortificata sunt
¶ Quartum est · quia eo sic nudato · fit fames va-
lida in loco in quo habitat · id est in statu peccati
quia ibi est defectus divine gratie · et consola-
cionis spiritus sancti · et donorum boni ¶ Quintum est · quia effi-
citur miser peccator · servus dyaboli · et ipsius
peccati cui servivit · quia quodlibet dominatur sibi · quia a
quo quis superatus est · huius et servus
est · Petri · et sicut dicit Augustinus · tot dominorum
peccator est servus · quot viciorum ¶ Sextum est · quia
ipse constituitur custos · et nutritor porcorum
Porci sunt demones · qui delectantur et pa-
scuntur in spurciciis peccatorum · Ideo ipsa peccata que
sunt inmundiora et fetidiora porcis · sunt
homines peccatores in quibus demones resi-
dent · et quiescunt · sicut porci in luto · u-
nde demones exeuntes ab homine ob-
sesso miserunt in porcos · Istos porcos pa-
scit · et nutrit homo in peccatis vivens · et
tunc inmundiciam peccati servando · extunc
est malum plenum · O vile officium pascere
porcos et cum porcis vivere · Miser homo est
qui magis delectatur in luto esse cum porcis ·
quam in floribus virtutum cum angelis ¶ Septimum est quod ad
tantam miseriam deducitur · ut concupiscat
implere ventrem de siliquis porcorum · id est sa-
ciare animam de vilitudine peccatorum · Et
dicitur quod nemo illi dabat · quia dicit hoc esse
impossibile · quia peccata quantumcumque fiunt
multa · numquam voluntatem implent · nec sa-
ciant sed maiorem famem faciunt · Et sic per
ordinem enumerata enumerata sunt vi mala
genera · que homo incurrit quando a deo patre suo
per peccatum recedit ¶ Unde sequitur quod iste fi-
lius famis necessitate compulsus · elegit
potius abiectus esse in domo patris · quam
sic crudeliter fame perire · Et reversus ad
cor suum · cepit cogitare · ad quam vilem statum
pervenerat eo quod propriam voluntatem secutus
a regimine patris sui recesserat · Et ideo
dixit in corde suo · Quanti mercenarii in
domo patris mei · habundant panibus · ego autem hic fa-
me pereo · Surgam et ibo ad patrem meum et
dicam ei · Pater peccavi in celum · et coram
te · et iam non sum dignus vocari filius tuus · fac
me sicut unum ex mercenariis tuis ¶ Modo habe-
mus in isto filio exemplum · quod si homo peccator
eius exemplo peccatum suum cognoscit · et reversus
ad cor · considerat · quod graviter deum offendit
· quod per peccatum perdidit · in quantam miseriam per
peccatum devenit · in quanto periculo vivit · Et
quam pius pater celestis ipsum revertentem beni-
gne paratus est recipere · Ex hoc statim commo-
vebitur ad compunctionem · et ad cordis contricionem
cogitabit de sua salvacione · confidit de
patris pietate · preparabit se ad humiliacionem
et sue pene observacionem · et odio habebit
omnem iniquitatem · Et sic securus et le-
tus veniet ad patrem ¶ Unde sequitur · quod iste
ad ueram cordis contricionem. humili peccatorum confessio
ne. et debita satisfactione. Residui uite
dierum quam in satisfactione seruabit preceptum scilicet
in corde suo proponit coram deo. de cetero ab
stinere a peccatis. dei obedire mandatis. et
insistere omnibus operibus bonis. Deus ex
parte sua remittit peccata. et graciam infun
dit. et promittit et apud se disponit quod
si penitens pacta sua seruauit. ipse eum con
solabitur in tribulacionibus. promouebit in
multiplicibus uirtutibus. conseruabit in bono usque
ad mortem. et post mortem deducet eum
ad uitam eternam. Hoc pactum paratus est
deus semper seruare. si penitens non ue
lit ab eo recedere. Tercio sequitur quod cum do
minus ista complesset. beatus petrus pro se et
pro aliis loquens dixit. Domine quociens
peccabit in me frater meus et dimittam ei
et penitenti usque septies. quasi dicens. Et
si bonum est fratri dimittere iniuriam. et tamen
eo pacto hic tamen dubitatur utrum si quociens me
offenderit tociens tenear dimittere. Quod
ergo dicis nobis. Et dominus respondens dixit.
Non dico tibi usque septies in die tantum. sed
et septuagesies septies. si totiens te of
fenderit. quasi diceret. ita sis semper paratus
ad indulgendum. sicut ille ad offenden
dum. Iesus qui pacis sue dedit nobis et qui edi
ficacionis sit in uite custodiam.

Fe. iiii.

Accesserunt ab iero. **Feria iiii.**
ad ihesum scribe et pharisei. Mathei xv°.
agitur In euangelio hodierno de quatuor. circa
que bonus christianus debet se omni tem
pore sollicite exercere. sed maxime in quadragesima.
Primum est de mandato dei seruando.
et statuto hominum contra hoc prohibendo. ibi
quare uos transgredimini etc. Secundum de honorando
parentum non simulatorie. sed debito modo
in populus hic labiis me honorat. Tercium de

post dominicam oculi.

duce. id est de confessore eligendo. non ceco sed
prouido qui sciat uiam salutis ostendere. in
Cecus si ceco ducatum prestet. Quartum de seruando
mundo corde. ne ibi peccata concipiantur. et
ex inde exeant. et animam coinquinent. Inde
corde exeunt etc. Dicit ergo. Scimus euangelium quod quidam
scribe id est magistri legis et pharisei qui au
steriores erant in exterioribus et inuidia obser
uabant christum et discipulos eius ut si in
eorum dictis aut factis inuenirent aliquid ac
cusacione dignum uel reprehensione unde
infamaret eum in populo. Isti fecerant sta
tuta sua. que uolebant a populo obseruari
sicut precepta dei. et dicebant homines gra
uiter peccare si unum de illis etiam leuiter
uiolaret. Et quadam uice uenerunt ad
christum et dixerunt ei. Quare discipuli
tui transgrediuntur precepta seniorum. Non
enim lauant manus suas cum panem
manducant. quando ueniunt ad prandium
uel ad cenam. quod est contra statuta maiorum.
unde uolebant hic dicere. Ipsi sunt transgresso
res statutorum. ideo sunt peccatores. Et
quia tui discipuli sunt. forte hoc a te habent.
quia et tu hec statuta non seruas. et sic illi et
tu peccatores estis. Credebant sic fa
tuitatem huius questionis nescisse respondere.
Cum uero ipsi siluissent dixit eis. Et uos
quare transgredimini mandatum dei propter statuta uestra. dei
quasi diceret. Vos interrogastis me de transgressi
one quam faciunt discipuli mei in statuta
hominum. Sed ego antequam uobis respondeam.
interrogo uos de transgressione manda
torum dei. que facitis propter statuta uestra
seruanda. que sunt mandatis dei contraria.
Nam sic probo. Deus precepit in lege. Ho
nora patrem et matrem. Et qui male Exo. xx°
dixerit patri uel matri. morte moriatur. Quod sic
est intelligendum. quo ad primam partem.
honora patrem. scilicet celestem. sibi obediendo.
Spiritualem. scilicet episcopum uel confessorem et re
uerenciam exhibendo. Carnalem eum reueren
do. et sibi necessaria ministrando. non dico tan
tum iuxta posse. sed et si fas est dare super

posse. Item honora patrem non solum vivum, sed et defunctum testamentum eius implendo, male ablata restituendo, et elemosinas pro eo dando. Quod ad patrem spiritualem intelligitur. Qui maledixerit patri suo scilicet celesti vel carnali, vita sua de
14 bet[ur], quia debet lapidibus obrui. Quod non maledixerit patri spirituali debet iudicis arbitrio puniri. Vos autem fecistis irritum mandatum hoc statuendo contrarium dicentes. Si quis huic patrem indigenti et ipse istud subsidium quod erat daturus patri offerat deo super altare, cum pater celestis sit preferendus carnali, sufficit si deo dicat patri. Munus quod ego obtuli deo pro me et pro te proderit tibi ad meritum. nec expedit quod ipse aliter honoret vel sustentet vel sustineat patrem. Et sic per statutum vestrum iniquum et avaricia inducitis homines ad offendendum bona sua deo et irritastis mandatum dei quod ex vobis est. licet quod inde est semper est firmum. Et tamen ipsi nesciunt respondere et tacentibus eis dominus dixit eis. ypocrite bene prophetavit de vobis ysaias dicens. Populus hic labiis me honorat. cor autem eorum longe est a me. Sine causa colunt me. id est frustra adorant.
xpo xo
Ista est ypocrisis eorum quia ipsi docent homines doctrinas et mandata sua esse preferenda divinis quod est valde iniquum. Nota quod honorare deum non est reprehensibile sed laudabile. Sed honorare eum tantum ore et non corde est vituperabile et videre esse quedam illusio. Illusores autem ipse deludet. ut dicitur in proverbiis. Et tamen sciendum est quod deus a nobis honorandus est scilicet Corde credendo amando et memorando eius beneficia. Confitendo eius passionem. Et iniuriis et aliorum salvacionem conservando cor mundum. ut sic templum dei et habitaculum spiritus sancti.
Vos templum dei sanctum est quod estis vos
Ore predicando et confitendo. gratias referendo. Opere beneficia. scilicet agendo. orando et solvendo salutis pro eo. in omnibus operibus eius

nomen suum invocando. Opere oblaciones offerendo et elemosinas dando. item operibus misericordie insistendo. Item nota quod tria nos maxime inducunt ad deum honorandum. Primum est naturalis equitas quia ipse prius honoravit ipsum hominem ad ymaginem suam creando omnibus creaturis preponendo. morte sua redimendo angelos sibi in ministros deputando. Secundum est preceptum summe auctoritatis. In lege enim moysi et prophetis et lege evangelica et doctrina apostolica est preceptum de honorando deum et cetera. quod quicumque facit dignus est pena temporali et eterna. Tercium est honorantis utilitas quia honorans sibi acquirit meritum in celo et in terra. iuxta illud qui honorificaverit me glorificabo eum. Honorat autem deus honorantes se quadrupliciter. Primo vivente in mundo quia eius curam spiritualem suscipit. Secundo egrediente de mundo quia celum sibi aperit et angelos sibi obviam mittit. et eum alacriter recipit. ut patet in beata martha que honoravit eum in hospicio et quo modo invitavit eam in morte ad celeste palacium. Tercio existente in celo quia pro honore recepto ab eo ei infinitum honorem rependit quia centuplum accipiet et cetera. Quarto apparente in iudicio quia coram hominibus eum commendabit dicens. Esurivi et dedistis michi manducare. ut dicitur in Matheo. O quam beatus est et erit qui in hac vita deum honorat quia ab eo ineffabiliter honorari exspectat. Sequitur quod dominus videns turbas et phariseos ex verbis suis esse confusos in verecundia non loquentes dixit eis. Audite et intelligite racionem quam ego faciam contra phariseos. Quia non quod intrat in os hominis id est cibus non coinquinat hominem. id est non maculat animam. Sed quod procedit de ore hominis id est verbum malum coinquinat hominem id est animam. xpo
Tunc pharisei videntes quod sic audacter veniunt ad accusandum apostolos turbati scandalizati ex verbis domini murmurantes

recedebant. Apostoli non adhuc rudes
dolentes de scandalo illorum vocaverunt
Christum seorsum et dixerunt ei. Scis
id est advertisti quia pharisei audito hoc ver-
bo quod modo dixisti coram turbis scanda-
lizati sunt, id est turbati recesserunt.
Quibus dominus dixit: Omnis plantatio
quam non plantavit pater meus, id est omnis
religio hominis societas que facta est a deo
non inspirante eradicabitur, id est destrue-
tur. Qualis est congregatio ista phariseo-
rum qui sunt ypocrite. Sinite illos,
id est non curetis de illis, quia ceci sunt et duces
cecorum, id est laycorum et mulierum qui nesci-
unt per se ire ad viam paradysi nisi instruan-
tur. Hoc autem scito te: Si cecus ceco du-
catum prebeat, ambo in foveam cadunt. Vel
prelatus cecus qui habet regere populum sibi com-
missum, sive confessor quilibet diriget pecca-
torem sibi confitentem. Non discernit inter cul-
pam venialem et mortalem, et ordinacionem de-
bite penitentie. Si fuit cecus, id est peccator
publicus et omnium scripturarum inscius,
ipse per malum consilium et saluti contrarium quod
dedit peccatori, et qui sciens elegit ducem
cecum et secutus fuit cecum consilium, cadunt
ambo in fossam scilicet peccati. Et est hic
unus casus anime concessus in quo
licet prelatum prochialem suum dimittere et
eligere scientem et bonum. Et tamen contra hoc fre-
quenter errant homines, quia de salute anime
curam habent modicam, sed de salute corporis
et conservatione rerum temporalium habent curam
maximam. [illegible] Si peccator esset infirmus
in corpore, libenter haberet medicum bonum.
Si causam aliquam coram aliquo iudice haberet, advo-
catum peritum inveniret. Diceret enim nunc
et ad villam petere vellet, haberet ducem per
bivium scientem vias et loca. Sed heu hoc
peccator est infirmus ad mortem eternam et
de bono medico anime non curat. Habet
causam cum deo difficilem [illegible] de omni-
bus sibi a deo datis, et habere advoca-
tum peritum recusat [illegible] quo per

ad eternam salutem, et ignorat viam, ne-
gligit habere ducem viam scientem, quod est val-
de periculosum. Multum enim confessorem
est valde periculosum ignorantem et valde
necessarium scientem. Duo enim [illegible] que
requiruntur in confessore. Primum est scien-
tia, ut sciat discernere inter peccata levia et
gravia, et que sint circumstancie aggravan-
tes, et que sit penitentia iniungenda. Sci-
at de casibus matrimoniorum, et de resti-
tutionibus male ablatorum, et de abso-
lutionibus excommunicatorum. Secundum est compassio, quod
peccatorem dulciter audiat, reprehendat,
ignorantes examinet, verecundiam confortet, de
modo confitendi instruat. Tercium est discretio
qua sciat peccatorem [illegible] communibus
bonis [illegible] bonis promissi-
onibus ad deum trahere, quod peccatum deo sit
expositum, quod sit in eo manere [illegible]
[illegible]. Quartum est bonitas, ut se gau-
deat de eius confessione [illegible] et eum in
suis orationibus [illegible] et
frequenter pro eo intercedat. Est enim in [illegible]
[illegible] mundum [illegible] Moab et
tamen [illegible] sine rege auxiliante sed
repulsum illum eligit [illegible] et vere
anime quod nollet habere per rectorem et consilia-
re corporis, quod est valde reprehensibile. Bo-
num consilium [illegible] ductus est [illegible]
tendus et sapiens est eligendus. De-
inde Petrus de voluntate sociorum [illegible]
bo dominum dixit: Domine, expone nobis hoc
verbum quod dixisti. Non quod intrat in os [illegible]
Dominus autem qui admiratus ruditatem eorum
dixit eis: Et vos qui sinistris diu mecum
adhuc sine intellectu estis. Nescitis
ymo scire debetis quod cibus qui per os va-
dit in ventrem et non tangit animam
[illegible] est. Sed ea que procedunt de cor-
de coinquinant animam. Dico vobis
ut vos plene intelligatis, quod de cor-
de exeunt ista: cogitationes male, ho-
micidia, furta, adulteria, fornicationes,
falsa testimonia, blasphemie, et huiusmodi.

hec sunt que coinquinant animam. Vult di
cere dominus. solum peccatum mortale . coinquinat
animam. sed ergo sunt illa .6. adque omnia
alia reducuntur. quia omne peccatum aut est co
rdis . sicut peccatum cogitacionis . aut oris
. sicut falsa testimonia vel blasphemie .
aut operis . sicut furtum . homicidium . ad
ulterium . et huiusmodi. Et ideo consequitur secunda
uerba . Sed non lotis manibus man
ducare non est peccatum nisi ueniale . id est non
maculat animam . quia sicut dictum est . non nisi
peccatum mortale . coinquinat animam
Ista non ideo leguntur in ecclesia . ut non so
lum peccata caueamus . sed et laboremus habere
mundiciam cordis . per quam ad uidendum di
uinitatem ueniamus. quia beati mundo corde
quoniam ipsi deum uidebunt. De x. preceptis
Quia de preceptis nichil euangelium tangit
ut de ipsis aliquam noticiam ha
beamus. debetis scire . quod sicut
dicit augustinus. Bonum est scire omnem sci
enciam . Nam bonum est scire bonum . ut
amemus et operemur illud . Bonum est sci
re malum . ut uitemus et fugiamus.
Bonum autem non possumus amare . nisi sci
uerimus. nec malum uitare . nisi cognoscerimus
Precepta autem docent bonum facere et
malum uitare . et ideo maxime vtilitatis
sunt et magne dignitatis . utpote
quia per moysen a deo data sunt . Exodo . 24.
Ascende ad me in montem . dabo quoque tibi
duas tabulas lapideas et legem . De
istis autem preceptis 3a nos ordinant
ad deum . et 7 . ad proximum . Et quia prius
debemus ordinari ad deum . Ideo illa
3a posuit . et in prima tabula continentur.
Primum est non habebis deum preter
me . nec adorabis sculptile siue ydo
lum . Sed contra hoc faciunt cristiani uel
uiterii . qui adorant crucem . et hoc . ideo dico.
quod non adorant eam tamquam deum . sed tamquam
representatem deum . uel eius passionem
Multi tamen non faciunt . contra hoc preceptum . scilicet
auari . sicut dicit apostolus . auaricia est ydo
lorum seruitus . Faciunt enim . auari de pe
cunia deum . retinendo vsuras . et ma
le ablata . vel tamen retinendo pecuniam quod
nichil uolunt dare indigentibus . Item contra
hoc preceptum faciunt gulosi . apostolus . Quorum
uenter deus est . Item contra hoc preceptum
faciunt diuinatores . qui diuinacio
sunt multis modis . nam aliqui diuinant
aspiciendo in aqua . aliqui in terra . aliqui in
aere . aliqui in igne . aliqui in cultra
to cingulum . aliqui in sortibus sicut in
geniatica . et multis aliis modis . Re
tinetur autem deum a contrario . Sicut pi
scina dicitur eo quod caret pisce. Secundum est
non assumes nomen dei tui in uanum . scilicet
falso iuramento . vel uano modo . sicut
qui pro nichilo iurat. Debet autem iura
mentum . ut sit iustum tres habere comites
. scilicet iudicium . quia debet iurans iudicare .
vtrum sit iuramentum faciendum uel non .
Item iusticiam . quia iniustum iuramentum esset uel
tum non tenetur . Item ueritatem quia nullus de
bet iurare nisi uerum . unde Ieremias . Et aduer
tendum est . ut iuramentum hos tres ha
beat comites . scilicet iudicium . iusticiam et
ueritatem . et si aliquis istorum defuit . non est
iuramentum . sed periurium . Alii assumunt
nomen dei in uanum . blasphemando deum
uel sanctos eius . alii attribuendo crea
ture quod est proprium dei . sicut esse omnipo
tentem et huiusmodi. Tercium est . ut diem sabbati
sanctifices . deus creauit mundum . a domini
ca usque ad 6. feriam . in qua formauit
hominem . tamquam vltimam creaturam . die
sabbati requieuit ab omni opere . et ideo ad
recolendum beneficium creacionis . Pre
ceptum fuit iudeis . ut celebrarent sab
batum . Sed christo adueniente . quod precep
tum illud erat cerimoniale . cessauit sab
batum . nichil aliud est . quam in sabbato . nichil
aliud nisi sanctum facere siue in festo . Sed
contra hoc preceptum faciunt qui peccant homines
in sabbato . in peccatum quod tam pondat . ut
dyabolum de celo traheret ad infernum

Fornicacio

nota

de x . preceptis

loco eius habemus diem dominicum . Sanctifi
care sabatum

Tales sunt qui festis peccant in festis qui
bus plura peccata fiunt quam in aliis diebus
destlibus dicit aug. Unde magis faciunt
contra preceptum dei qui peccant in festo
quam qui operantur in agro. Quartum est. Honora
patrem etc. Unde quod dicitur ut sis long
euus super terram. Cum multi boni fi
lii parentes honorent qui non multum vi
uunt. et multi male se habeant de pa
tribus qui multum viuunt. quare est hoc.
Responsio. hoc est profundo dei iudicio.
Sed quod quod fit non est dubium quod deus facit
gratiam bono quem uocat eum ad se. et
uocat quem nimius est malus quod post
ea fiunt. Debent autem filii honora
re parentes in corde diligendo in ore
honorando in opere sustentando. Quintum est.
non occides. Hoc aliqui exponunt heretici. ali
ter exponunt. heretici dicunt quod non licet occi
dere piscem vel volucrem et hominis. Sed contra
stat [illegible] eorum. Si enim vnus pu
teps diceret pro [illegible] suo non puniendus
aliquis [illegible] certe non. Unde quem di
cit non occides non excludit quod homo
non possit occidere cum alia ratione ca
retia. alias non dixisset deus quod ho
mines vescerentur uolucribus et pis
cibus. Item dicunt heretici quod non licet
potestati iudicium facere de malefactoribus contra
quos dicit dominus. Maleficos non pa
tieris viuere super terram. Sed multi occidunt
corde quod odiunt fratrem suum. Jo. Qui
odit fratrem suum homicida est. Ore
auferendo famam. Opere occidendo proximum.
Sextum est. non mechaberis adulterando vel
fornicando. Et sunt plures species huius pec
cati de quibus non dicendum nisi in confessione.
Septimum est. Non furtum facies. Totus mun
dus quasi contra preceptum hoc facit. quia si ali
qui principes faciunt furta faciendo collec
tas. sine causa recipiendo seruitia
preter iustas causas. Iniuriores tota die furta
committunt faciendo malas mutaciones
nes. et alia multa que longum esset enar

rare. Octauum est. non dices falsum testimonium
contra proximum tuum. Mentiendo. Est autem
triplex mendacium secundum august. scilicet ioco
sum quod fit causa solacii vel placendi. Item
officiosum quod alicui prodest et nulli nocet
et sunt peccata venialia. Item perniciosum
quod alteri nocet in personis rebus vel fama quod semper
est mortale peccatum. Nonum est. non concupis
ces vxorem proximi tui quod intelligitur
de omni muliere que non sit vxor sua. Et
intelligitur concupiscentia cum deliberatione et consen
su. Unde dicit Math. v. Quicumque ui
derit mulierem etc. Et istud preceptum differt
a sexto. Non mechaberis. quia illud ad ac
tum. istud quo ad voluntatem. Decimum est. non
concupisces rem proximi tui. Homo enim non
debet hoc ~~enim non debet~~ desiderare domum
agrum et similia vicini sui cum dampno
eius debet procurare ut auferat sibi
expellendo de ciuitate. ponendo ad confi
nia etc. Qui ista seruauerit ingredietur
ad vitam. Secundum quod dominus ait. Si vis
ad vitam ingredi serua mandata.
Continentur autem in istis iiii versibus.
Ydola sperne. dei non sumas nomen in va
ne. Sabbata sanctifices. habeas in honore pa
rentes. Non sis occisor. testis fur mechus
iniquus. Non alii nuptam. neque rem cu
pias alienam. Feria quinta

Surgens ihesus de synagoga. introi
uit in domum Symonis. Luc iiii. Quia
homo infirmus est sollicitus pro re
cipienda sanitate. ideo medicum querit
infirmitatem ostendit. consilium sollicite que
rit dietam sibi impositam custodit. et sic
procurante medico et cooperante infir
mo. infirmitas recedit. Ita peccator omnia
contingit in anime infirmitate que est peccatum
mortale. peccator enim quando statum suum et
infirmitatem anime inspicit considerate peccatum
abhorret in corde dolet. animarum medi
cum querit. peccati infirmitatem confitendo
ostendit. liberacionem appetit. absolucionem
recipit. penitenciam sibi iniunctam deuote cu

scodit. Et sic de infirmo sit sanus
de debili fortis. de immundo mundus
de peccatore iustus. Et quia hoc xl.
le ieiunium. animabus corporibus quasi tri
radis salubriter institutum est. ideo
eo debent peccatores infirmi currere ad
medicinam salutis. que est penitentia. ut
sanitate recepta et satiate levi possit
ad resurrectionis leticiam pervenire. et
ut ad hoc provocentur et inducantur.
Legitur hodie ewangelium in quo continetur quomodo
dominus mulierem fortiter febricitantem sa
nitati restituit. cuius hystoria talis est.
Cum dominus sanasset leprosum descendens
de monte. et centurionis puerum in caphar
naum intravit synagogam. ubi post
doctrinam multos curavit. Et post circa
vesperas intravit in domum symonis
ut ibi cenaret et quiesceret. Erat
autem socrus symonis leprosi. fortis
sime febricitans. et quia ista bona
domina. propter instantem accessionem erat
miserabiliter afflicta. et quia diligebatur nimis
rat. cum tota familia sua. ideo omnes
ei compatiebantur. Unde flexis genibus.
plausis manibus. humilibus vocibus
ceperunt rogare dominum ut sua pi
etate eam ab illa infirmitate liberaret
Multum quia laudabile est ut homo vel mulier. sic
in familia vel congregatione se habeat. ut
omnes de suo. malo doleant. et de
bono gaudeant. et expedit pro ipso in
tercedant. Dominus autem cum propter afflictio
nem febricitantis. tum propter devotionem fa
milie rogantis. et propter orationem sue
virtutis pietate motus. accessit ad
lectum infirme et stans super eam. tamquam do
minus cui obediunt omnia. imperavit febri. ut
discederet. et statim discessit. et sanita
ti precepit. ut veniret. et statim venit.
ita ut subito efficeretur a deo fortis et
sana. sicut erat antequam infirmaretur
Solet febricitans. quando a febre dimitti
tur. remanere debilis. ut diu cum baculo

vadat. ad omne opus domus inutilis
existat. et indiget bona et longa
recreacione. antequam bene possit vires
resumere. Sed hec ita perfecte et subito
sanata est. ut sanior et fortior esset
quam ante infirmitatem. quod apparet ex hoc.
quia statim de lecto surgens per se ipsam
domino et discipulis cenam paravit. et so
liciter ei ministravit. et usque ad
finem cene servivit. Modo attende
bonitatem domini. sanitatem conferentis
Et bonitatem mulieris ministrantis.
Dominus enim qui debebat eis refici et ho
spitari. voluit eos de beneficiis preveni
re. quia sanitatem infirme contulit. pre
ces rogantium exaudivit. totam do
mum gaudio replevit. Vide mira
bile. numquam eam rogavit pro beneficio
sanitatis. sive per se. sive per alium. qui
fuit exauditus. Currat ergo peccator
ad christum pro salute anime. quia paratior est
illa conferre quam corporis sanitatem. Ex hoc
facto datur intelligi. quod quando suos dei
dispositos ad predicandum suscipi
unt. a eis beneficiatur a christo cum
cum suis receperit multa bona. Mulier
et videns se a christo beneficium sanitatis ac
cepisse. noluit esse ingrata. sed surgens
pro ea sollicitate laboravit. et cenavit ille
et servivit. Ex quo habemus exemplum quod
homo sentiens se a peccati febre libera
tum. debet in signum sue liberationis se
totum in christi obsequium mancipare.
Nota quod febris corporalis. peccatum significat propter
3a. Primo. quia febris dolorem capitis
facit. sic homine peccatum est causa doloris
maximi. unde ex. Si homo de peccato peni
tet. oportet eum dolere omnibus diebus
vite sue. quia nichil aliud est penitentia
quam dolor de peccatis. Et quanto magis homo
dolet de peccato. tanto magis illud consequitur
cet. Eccl. Minuendo etiam addit
et dolorem. Si vero non penitet. in eter
num dolebit in inferno. 2o. quia fe mo

frigus modo calore inordinatum ad-
ducit. sic peccatum inducit inordina-
tum timorem. qui per frigus significatur.
Nam peccator plus timet modicam af-
flictionem corporis quam cruciatum inferni.
plus temporalem penam quam eternam. plus
hominem quam deum. Inducit et inordina-
tum amorem. qui per calorem signatur. quia peccator
plus diligit corpus quam animam. presentem
mundi felicitatem quam eternam gloriam. mundum plus
quam deum. Secundo quia febris appetitum turbat.
sic peccator ab hominatur saluberrima. et ap-
petit noxia. Abhominabile enim verbum dei
eis. et aliud est eis delectabile. quod est contra
salutem anime. Et de illa dicitur in psalmo. Omnem
escam abhominabitur anima eorum et appropinqua-
verunt ad portas mortis. Liberatus est homo ab ista infirmitate
eius. sicut per Christum. sicut vir absolutus peccatoris
statim per Christi ministrum et per manum eius. Tertio in-
de mirabilem occasionem. huius primi
miraculi. multa et magna secuta sunt
miracula. Nam cum dominus hanc sanasset
et ipsa sanata ministraret. huius mi-
raculi fama diffusa est super terram
illam. et omnes habentes infirmos cum eis
congregaverunt se ante ianuam expec-
tantes cum appareret. statim eos porrige-
rent ei. Tunc autem ceciderunt et est.
se vero apta est ianua domus habentes
infirmi ante dominum deposuerunt eius
miseriam implorantes. Ac ipse singulis ma-
nus imponens curavit eos omnes.
Hic queritur quare Christus cum solo verbo pos-
set curare. voluit singulis manum
imponere. dicendum quod propter tria. Primo
quia in exemplum humilitatis. ut nullus
crederet quod ipse propter infirmitatem aliquem
despiceret. et ne aliquis homo dominum despiceret
propter infirmitatem. quia sicut sanus ita
et infirmus est dei filius. et ad vir-
ginem dei fuit. Hic introducitur exemplum de sacer-
dote. qui audiens confessionem unius
leprosi. et abhorrens eum. et vertens
sibi potentem unam ad fenestram. per te sibi ...

sic sana remaneret. alia pars facta est
leprosa. Exemplum de martiro mona-
cho. qui portavit leprosum ad ecclesiam.
Secundo in signum caritatis. quia sicut sanum
ita et infirmum diligit. Solemus
in signum dilectionis amicos. sive per
tactum sive per amplexum tangere. Sic
Christus istos tetigit. quasi diceret. ita diligo
vos infirmos. sicut sanos. immo for-
te plus. sicut solet compati mater filio
infirmo. et quedam signa dilectionis
ostendere quam sano. Tertio in signum sacerdo-
talis benedictionis. Cum enim sacerdos pec-
catorem vere confitentem absolvit. a febre
peccati. ex Christi levat manum. et super ca-
put absolvendi ponit. sicut est mos. Di-
cendum est in levitico. tunc manum quam levat
. sed propter honestatem caput eius non tan-
git. Tamen ipsa manus elevatio di-
citur impositio. et talem manus impositionem
dat deus multam gratiam absoluto. Multa-
ple. Super egros imponent. et bene habe-
bunt. Quoniam a multis istis curatis
exierunt demonia clamantia. quia tu es
filius dei vivi. et ipse non sinebat ea
loqui. quia sciebant. ut firmiter credebant.
ipsum esse Christum in lege promissum. Christus autem
nolebat per demones manifestari. ut
cognosceretur. sed per virtutem miraculorum et per
predicationem apostolorum. Non enim est lauda-
bilis commendatio malorum. quia non est specio-
sa laus in ore peccatoris. Et cum dominus
nocte in domo quievisset. facto mane
egressus. ivit in desertum locum. et ad
tempus ubi nulla erat habitatio. et ibi loque-
batur cum discipulis de his que futura e-
rant. Et ecce populus loci illius. venit
ad eum. rogans ne discederet ab eis.
Volebant enim propter beneficia accepta sibi
servire. Cupiebant predicationem eius
audire. et presentiam semper habere. credentes
quod ubi presens erat. nulla adversitas locum
ibi haberet. Dominus autem respondens eis. E-
go a patre missus sum in mundum. ad p

ecce

manus

dicandū regnū dei · nō tm̄ nobis · s;
& alijs ciuitatib; · Pn̄ eatis in pace.
Illis abeuntib; cepit ihs ire p castel
la gallilee & ciuitates pdicans regnū
dei · Et in hoc argumentū habemus · q
in omni loco hitant · v̄l boni uel meliore
tur · Rogemus &c. Feria sexta

vbi hoies hitat siue boi siue mali sint. est pdicandū. s; uc mali hitant

Venit ihs in ciuitate samarie q di
cit̄ sychar · Jo · 4 · Cū quadā uice
saluator noster pdicasset · & multa mi
racula fecisset · & ob ipsorū inuidiā multa
dixissent · scribe & pharisei in tantā seuic
ciā exarserunt · q si nō timuissent ple
bem · ex toto interfecissent eū · q sciens
ihs · recessit in galylea · eundo aūt · op
tebat eū transire p samariā. ¶ Vl' sic
tempus xlme ē institutū · ad refre
nandū sitim · mundane & carnalis concu

[illegible]

piscentie · q a nobis extingwi nō pt ·
pmo oportet q xps pparet nobis aquā ui
uā · t · spc sci gratiam · q quidē aqua so
lis penitentib; debetur · Et hoc ondit̄
in euangelio hodierno · vbi dicit · q xps
petiuit potū aque a quadā muliere · Di
cit · n · salutē nrām · & tūc sibi potū da
mus · qn̄ nrām salutē ppriam · p
curamus · Ipse aquā viuā · t · spc sci gra
ciā · q solis penitentib; debetur · mulieri
· t · penitenti exhibuit · ergo hystoriā euangelij
videamus. ¶ Dicit ergo q xps quadā ui
ce transiens p samariā · cū discipulis p
uenit · ad quādā ciuitatē · q dicebat̄
sychar · q olim dicta est syche · Et di
cebat̄ ciuitas samarie · eo q p uilla
erat · & posita iuxta ciuitatē samariā ·
& sibi subiectam · Erat extra ciuita
tē · quidā fons · factus ad modū · q olim

·putei

fecerat patriarcha iacob · Et dicit glo.
Vbicumq; emanat fons tm̄ · Dicitur nō
pfundo · & fons & puteus dicit̄ · Et
io in isto euangelio · nūc fons · nūc puteus nōi

de terra et in superficie emanat d'r fons

natur · Dns autē fatigatus ex itinere se
debat · et sedet sup puteū · t · sup la
pide · qui erat iuxta puteū · vel sup firi

te · Dicit ergo fatigatus sup puteis nris
sedit ut aliquantulū quiescam? · Et erat
q hora vi · aūt sicut · n · usq; tūc labo
rauerat in eundo · ita q illa hora
prandij transierat · & multū & p labore
& calore qui iā ascenderat · sitiebat
¶ Vnde expectabat · q aliquis ueniret ha
urire aquā · Et ardius aliquantulū ibi
sedisset · & misisset discipulos in ciui
tate · ut cibos emerent · et ipse nō ma
gis fatigatus erat q discipuli · ipsi

remansit. q qua ... dis vacat?

tm̄ laborauerant in eundo q ipse · dicē
dum q quanto aliquis homo ē melioris co
plexionis · et melius ht humores p
porcionatos · tanto magis est passibilis
et io in labore amplius fatigat̄ · &
in dolore magis patit̄ · Sicut uidet̄
in rustico & nobili · Dic xps fuit no
bilissime cōplexionis · sup omnes hoi
nes temꝑato · ita q naliter nunq; hu
isset aliq infirmitatē accidentalē · &
hec est una causa q ei⁹ passio fuit
grauissima &c. ¶ Sz apli erant homines
rusticani & duri · ppter q nō erant
sic fatigati · ¶ Possent & alias querere
quare misit omnes in ciuitatē · ut solus
remaneret · cū duo sufficerent · dicendū
q xps nō solū ūbo · s; facto discipulos
uolebat ad humilitatē inducere · Vnde
ppter hoc · sic humiliter remansit · Sz ad
huc uidet̄ mirabile · pmo apli omnē
humilitatis causam habebant · cū essent vile
cōdicionis · ut pote piscatores · dicendū
q xps q tanq̄ deus omnia sciebat co
siderauit unū · q · s · qn̄ homo paupe cōdi
cionis · subito assumit̄ ad magnū sta
tū · ut plurimū in ipsa magnitudine
nō bn̄ se habet · ut pote q nō est exp
tus · s; supbit · & ex precipitatē incedit
Sic apli deinceps assumpti erant ad ma
gnū statū · quia erant fres & socij
xpi · quo nichil est maius · Vnde no
lens eos p̄euertere · docebat eos ad
humilitatē ūbis & factis · ¶ Sequitur sede

bat sic sup fontem. Moralit̃ xp̃c
sedet sup fontem mīe · s · a die · ascen
sionis sue in celū · usq; ad diem iudi
cij · tot · n · sūt pctā · q̄ si nō eēt fons
mīe · mō multos destruxisset mundū
Sedet sup fontē · et cū sedet fatiga
tus ẽ · Laborare me fecisti in iniqui
tatibz tuis. Modus loq̄ di est · sic
homo qui sb̃stinet ab aliq̄ uiā ī iuri
am · ⁊ paciencī tulit · sustinet bis ·
ut laborat in sustinēdo · unde dicit ·
nō possū amplius portare · Sz pctō
res infinitas īiurias inferūt xp̃o ·
qr q̄ pctā sunt tot īiurie sunt ei · q̄s
nullo posset portare mō · nisi sederet s
fontē · ex quo refrigeriū q̄dam sunt.

Sic autē sedebat sup fontē. Ecce muli
er ueniēs de ciuitate portans simul
ī uas ad hauriendā aquā · ⁊ puenit ad
fontē ubi sedebat xp̃s. Sciendū ē
q̄ in samaria · q̄ erat ī mōte sicha · ca
ruerunt aque · l' fonte nō erat ibi bō
aq̄ ad bibendū · Et io hec mulier ue
nit p aqua usq; ad hunc puteū · cui
dixit xp̃c · Da michi bibē · nō pete
bat dns nec sciebat cui aq̄ fontis
· q̄ aq̄ uite salutis · unde Da michi bi
be · i · heas uram sitem · ⁊ agas pniã
am · et tuc extinxisti sitī meã · q̄ sic
uo cupiaz salute · Mulier nō credēs
eū petē aq̄ fontis dixit ei · Quō
tu cū sis iudeus petis a me bibē · q̄
sū mulier samarit̃. Ubi seq̄t̃ est verbū
ewāgliste · Nō n · coutunt iudei sama
ritanis · Iudei abhominant samari
os sicut ī mūdos · qui nō sunt de ppl'o
iudeorum · nolētes uti cū eis in negociis
vel conmertiis ⁊ huiusmodi nec ī bibē in uase ī
quo samaritan' bibisset · Vel sic qui
erasp̃cū · ueste loq̄la · ⁊ aliis indicijs
appes iudeus · quomō a me petisti ·
bibē cū ego bibo · q̄ sū · mulier sa. Mi
rabat̃ mulieris multū · ⁊ io petebat unde
hoc est ⁊ ideo dixit ei. Si mulier sci
res donū dei · ⁊ q̄s ē qui dicit tibi · Da
michi bibē · tu forte pe · ab eo · ⁊ dedis
set tibi aq̄ uiuã · xp̃s · n · nolēs pau
latī eā ducē ī cognicōm sui / cepit spū
alit̃ loq̄ · unde loquit̃ hic de grã · sps
scī · q̄ dicit̃ aqua · ppt̃ 3a. Primo quia
aīam lauat ⁊ mundat · Io · 10 · Acci
pite spm scm quor̃ remisi̇ · pctã · re
mit · eis · gl' · p spm scm fit remissio
pctor̃ · q̄ ē aīe mundacō · Effunda
sup nos aq̄ mundã ⁊ mūdabimini
Ezechiel · 16 · Scđo · q̄ sitim mundane
ɔcupiscencie · ⁊ auaricie supbie · et i
amis glē extinguit · et sedat · Io · a · Si
quis sitit ⁊ c · Passionibz amoris
· s · ⁊ bibat · Glosa · s · spm scm · quia
ipa ē aq̄ sapiē salutaris · qua dns
potat amicū suū · Ista aqua potan
apo · ɔ mūd crucifixus est · et ego m
do · Tercio quia estū carnaliū desideior̃
q̄ mitigat ad illius aīa refrigat ⁊
refrenat · Ro · 8 · Si spu facta carnis
mor · viuens · Ideo dicit aqua uiua · ē
a q̄ dat uitã aīe · ut ad modū ar
boris uiue faciat fructus reponēdos
ī celo · ⁊ quia ducit ad uitã glē · ut sta
tī dicet̃ infra. Istam aquam dat xp̃s pe
tentibz · io dicit · tu petisses ab eo et ego
dedisse tibi. Petit aut nō tm ore · sz
ī corde · s · desiderio seruiendi deo · ppõito p
cata delendi · uoluntate · pniam agēdi
the deuocōem ⁊ ppositū xp̃c ad iuuat
⁊ grãm sps scī tribuit · ⁊ pdicē ad pe
nitenciam inducit · Ro · Benignitas
dei · ad pe · te · ad · Tūc mulier ad iuita
ta de ubis dni dicens · q̄ daret sibi a
q̄ uiua · ait ad eū · dne tu nō habes
unde nec uas ī quo haurias aq̄ · n'
ī manu potes accipē · qr puteus al
tus est ⁊ pfundus · unde nō potes hrē aq̄
uiuã · Nō q̄ pat̃ nr̃ · Iacob dedit nob' hc
puteū · et bibit ex eo ipe ⁊ filij eius
⁊ oms moraū sc̃i · nunq̄ tu maior eo
es · ut heas aq̄ · Sz ī uide de ubis

tuus. Tunc ait dominus. Hec siccitas nulli
est. quia omnis qui bibit ex aqua huius
putei sitiet iterum. quia extinguit so-
lum sitim temporalem et ad horam. Sed qui
biberit ex aqua quam ego dabo ei. non siti-
et in eternum. Intelligebat dominus de siti spi-
rituali non corporali. Unde nota. quod aqua christi
est gratia eius que extinguit sitim viciorum et
dat quandam virtutem anime. per quam facit eam
salire in vitam eternam. Et ideo sequitur. Sed
aqua quam ego dabo ei. fiet in eo fons
aque salientis in vitam eternam. id est faciens
salire. Est enim contrarium ab aqua huius de qua quanto quis
amplius bibit. tanto plus sitit. Fa-
cit enim homines ydropicos per gulam. Ava-
rus non implebitur pecunia. Et augustinus
dicit. Extra plenus. intus vacuus mens. cor-
pore crepat. corde mendicat. et sic de aliis.
Et postea facit eos salire in infernum.
Mulier autem verba domini carnaliter in-
telligens. dixit ei. Domine da michi
hanc aquam ut non sitiam. neque veniam
huc haurire aquam. Hoc dixit. quia
domus eius distabat a fonte. et iam
erat mala. Videns autem christus quod nec
eum intelligebat. voluit eam in admira-
cionem inducere. aliquid occulta revelando ei.
Unde dixit. Vade voca virum tuum. et veni
huc. At illa respondit. Non habeo virum. Cui
christus. Bene id est vere dixisti. quasi diceret licet consue-
veris multociens maritari. sicut mos est
mulieribus. tamen non veritate dixisti. Quin-
que enim viros habuisti. et hunc quem habes non
est tuus vir. Ista que habet mulier cum v. viris
viris honeste stetit. et tamen postea in
miserum statum decidit. Ex quo habemus
exemplum. quod nullus debet confidere de seip-
so. nam quidam homo in religione vel in
prima vel in quocumque statu stabit mul-
to tempore et postea cadet. Quia sicut dy-
abolus tales numquam cessat impugnare. Dy-
abolus enim eos qui de suo dominio
recedunt. fortius insurgit in eadem illa.
Cum autem christus mulieri hoc dixisset videndo

quanto avarus plus habundat. tanto amplius affectat. et ideo dicit.

ta est. et tamen ex hoc credidit ipsum esse
aliquem magnum. scilicet prophetam. Unde voluit
querere de rebus istis. sicut qui aliquis re-
prehendit in peccato. statim vult se transfer-
re ad aliquam materiam. Propterea dixit
christo. Domine ut video propheta es tu. Mu-
lier non cognoscens quod ipse erat propheta
dei. sed et ibi unam questionem valde pro-
fundam dixit. Domine sicut aperte te video
tu es nec propheta dei. dic ergo michi. Con-
tencio est inter iudeos et samaritanos de
loco adoracionis. Iudei dicunt quod in Ieroso-
limis oportet adorare. propter templum quod Sa-
lamon ibi edificavit. et ideo con-
secravit. Samaritani dicunt quod patres
eorum adoraverunt in monte Samarie
id est in monte garizim. ubi antiqui patres ado-
raverunt. et tamen placuerunt deo. Unde di-
cunt quod sufficit eis adorare ibi ubi pa-
tres eorum adoraverunt. Modo igitur de hoc di-
cendum est. Respondit ihesus et dixit ei. Mulier
crede michi. quia venit hora. quando est predicatum
fuit eius in qua nec in Ierusalem nec in monte
Samarie oportebit adorare. id est non requiretur
locus specialis ad adorandum. immo veri
adoratores. id est unam fidem habentes. ado-
rabunt patrem in spiritu. id est in corde quod est tem-
plum dei spirituale. et in veritate. scilicet absque se-
ctionis adulacionis. et iuste peticionis.
Unde locus materialis non facit ut exau-
diatur oracio sicut dicunt iudei. sed solum
cordis devocio. et iusta peticio. Modo tamen
in ecclesia. sic ad hoc specialiter ordinata
ut magis ibi excitetur orantis devocio. et
ubique tamen potest fieri oracio. utrumque tamen precia exau-
diatur. Sciendum est igitur quod circa oracio-
nem sunt attendenda. Primo scilicet quod sit de-
vota. id est facta cum cordis intencione et humi-
litate et fiducia impetrandi. Apostolus. Ora-
bo spiritu. et lingua. orabo et mente. id est cordis
attencione et devocione. ut quod lingua foris
pronunciat intus affectus senciat. Secundo
quod sit iusta. id est non debet esse pro rebus tem-
poralibus. non pro consolacionibus corporis. non propter

nocumentis et uindictis. Sed solum pro his
que pertinent ad salutem anime et ad consola
cionem cordis. et acquisitionem glorie celestis
quod Querite primum regnum dei et iusticiam (omnia)
eius. id est salutaria et ad iusticiam omnia
peruenire ad regnum glorie. Tercio. Christus
sicut scitis quod non quam super terram. Secundo quod sit con
tinua [?] luce. Oportet semper orare et
non deficere. id est non pretereat dies sine oratione
saltem mentali. Secundo multa sunt que nos in
ducunt ad continuandam orationem.
Primo importunitas temptationum que
nos assidue impugnant. Secundo est in
stancia diabolorum et predonum qui nos contin
ue inuadunt. et hec omnia per sanctas orationes
et deuotas et tolluntur et uincuntur
uel saltem per patientiam tollerantur. Tercio est necessi
tas deuotionis. Ista deuotio est dul
cedo de corde procedens ex uehementia
amoris. Sine hac homo efficitur ari
dus et negligens. et quasi a deo alienus.
Sed per orationem continuam augetur hu
iusmodi deuotio et nutritur. et sicut in bello
corporali homo est inutilis sine armis
ita penitentes in bello spirituali demonibus
si resistunt ab orationibus suis. Exemplum huius
habemus in moyse. qui cum eleuasset ma
nus in oratione uincebat populus israel. Sed cum
deponebat manus ab oratione uince
bat amalech. Ipsa id est deuotio facit
deo homines obedire. se sibi uilescere.
proximum feruenter diligere. celestia ama
re. in desiderio mortem habere. uitam in pati
entia portare. O quam beatus qui sic fuit deuotus.
Mulier autem cum dixisset quod christus ei dix
tam de se quam de questione sua et quomodo sapi
loquebatur recordata quod audierat a sapi
entibus quod christus debebat uenire in mun
dum. uocata [?] gente sua et omnes [?]
hec. suspicata est ipsum esse christum. Sed
curialiter de hoc interrogauit eum di
cens Scio quod messyas uenit. id est ue
niet et cum uenerit annunciabit nobis omnia.
Cui christus ego sum qui loquor tecum. Et cum

hoc dixisset et mulier taceret. continuo
uenerunt discipuli. et mirabantur quod cum
muliere loquebatur. Mirabantur non quia
cum muliere simpliciter. sed cum muliere ita hu
milis condicionis. quia si mulier in donat ui
litate. non denotat sexum. Erat. id est so
litus conuersari cum mulieribus. sicut cum mar
tha et cum magdalena et multis aliis. Immo
sequebantur eum de ciuitate in ciuita
tem etc. Quod si modo fieret omnes homines admi
rarentur. Et quamuis discipuli de hoc mirarentur
quia in tantum reuerebantur eum. quod nullus dixit
quid loqueris aut quid facies cum ea.
Mulier autem super uenientibus relicto ibi ua
se mulier cucurrit ad ciuitatem. nar
rare que audierat. hoc id est est proprium muli
eribus. quod libenter referunt que audierunt. et
dicebat. uenite et uidete hominem qui
dixit omnia que feci. Numquid ipse est christus.
Et exierunt homines ad uidendum. Sed
antequam peruenirent ad eum discipuli ro
gauerunt eum ut manducaret. Ipse
autem dixit eis. Ego cibum habeo quem uos
nescitis. Tunc discipuli estimantes
aliquem transeuntem dedisse sibi manduca
re. uel per mulierem dicebant plane ad in
uicem. Numquid aliquis attulit ei manducare. Quibus (manducare)
christus aduertens dixit. Meus cibus est
ut faciam uoluntatem eius qui misit (me)
etc. Hoc uerbum debet dicere quilibet
christianus. Sed que sit uoluntas dicit
apostolus. Hec est uoluntas dei sanctificatio
uestra. hoc est ut sitis sancti et sancta opera faci
atis. Huius cibus ita pascit animam
ut corpus panis et aliis uictualibus.
Sed sicut ad cibum utile est corpori. quod sit non ni
mis coctus. salsus. non nimis non
parum dulcis. et quod sumatur debito tempore
ita oportet cibus anime. id est bona opera
eo. ista est que spiritualiter habeat. scilicet quod sit
coctus igne caritatis. Nam cum opus
bonum facit sine caritate nihil confert
anime. sicut nec crudus cibus. Tercio quod (corpori)
sit salsus sale discretionis. ne de in dis

certo dicit. Non est bene calcatus.
Sed sunt alii qui nimis calcant carnem
suam. sicut qui nimis duram faciunt
penitentiam. alii parum. alii nichil. Dicunt
illi qui ita parcunt. quod nullam volunt
facere penitentiam. sed velint nolint oporte
bit eos facere in futuro. Penitentia debet esse
temperata. ut nec nimis sit. nec parum
ut teneamus nos contra corpus ut ad
hostem et civem. ut dicitur. Tercio 3°
debet imponi dilecto. id est corde leticia.
Mt. Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypo
crite tristes. Quarto debet suo tempore debi
to id est in vita presenti. quia est tempus ad hoc
deputatum. Unde apostolus. Dum tempus habe
mus operemur bonum ad omnes. Augustinus.
Inutiliter vivit in hoc tempore sta
tim quod ad emendandum vivit. quo decima
te vivat. Cum autem Christus dixisset me
cibus est etc. Et discipuli eum non intellexe
runt. et respicientes viderunt samaritanos
qui ad eum veniebant dixit. Vos dici
tis quod nondum est quod usque ad tempus me
ssium. Quasi diceret. ista verba fuerunt circa
finem marcii. Sed et levate oculos et
videte quod segetes albe sunt. id est parate
ad messem. hoc est videte samaritanos
venientes ad me qui parati sunt ad crede
ndum. Unde ego mitto vos ad metendum
quod alii seminaverunt. id est quod debitis ad predi
candum post ascensionem meam istos sa
maritanos de terribus mulieris. quod ex
predicationibus meis. invenietis paratos
ad reponendum in horrea fidei. et ecce
quod illi facilius crederent predicatori nostre.
Et cum aliquantulum comedisset cum eis. ecce
samaritani venerunt. et mulier cum eis.
Et cum audissent eum loquentem breve ser
mone. rogaverunt eum ut apud eos ma
neret. Multis dilatis acquiescentes in
vit cum eis civitatem. et mansit ibi du
os dies predicando eis. et multi credide
runt in eum. Et mulieri dicebant. iam non
propter loquelam tuam credimus. Sermones

tales audivimus ex ore eius. quod credimus
eum esse salvatorem mundi verum humani
generis. Rogemus dominum. Sabbato secundo post oculi.

Perrexit ihesus in montem olyveti. Jo. 8.
Quia tempore isto peccatores reco
nciliantur per penitentiam. ideo ostendit in evangelio
hodierno quod copiosa sit apud deum miseri
cordia peccatori. qui exercere in eum iusticiam. Cur
rat ergo peccator cum fiducia ad gremium
misericordie. ut deo reconcilietur. antequam timitus
puniatur. ante tribunal divine iusticie.
Dicit ergo Jo. quod Christus quadam vice predica
vit in templo salomonis. et sero vespe
re perrexit in montem olyveti in bethaniam que
erat iuxta montem olyveti. ad domum mar
the hospite sue. et in crastinum scilicet feria
secunda post ramos palmarum. summo di
luculo iterum venit in templum ut predica
ret. In quo facto docet nos duo. Primum
quod ille qui vult intrare in templum dei. scilicet
celestem gloriam. prius debet in monte oly
veti quiescere. id est in prima. Quod dicitur mons
eo quod peccatorem levat in altum. scilicet ad aro
res celestium. Dicitur olyveti. id est miseri
cordie quia in ea penitentes dei misericordiam consecuntur.
Secundum est quod bonus christianus ex
debet singulis diebus summo diluculo. id est an
tequam ad alia opera se convertat. ire ad ecclesiam
et ibi deo gratias agere de beneficiis acce
ptis. devote petere veniam de peccatis. scilicet
in nocte humiliter dei gratiam. ipsum defe
ndente a periculis et facientem fortem in tol
lerandis malis. Postulare dei amorem
quo inflammetur ad faciendum opus bonum
diligendum proximum. despiciendo mundum
commendare se totum deo. ut semper sit
sub protectione dei. et semper sit deus in me
moria cordis sui. Et sic facit deo de
votus exercitium. scilicet in anima. scilicet vitam
sollicite custodit. vitam. scilicet ad bonum fi
nem deo cooperante perducit. Et cum dominus
intrasset templum. omnis populus qui erat
ibi venit ad eum. ipse vero sedens doce
bat. Pharisei vero invidentes ei. et vo

sabbato secundo

et volens
magis facere misericordiam

leges predicacionem eius impedire · et po
pulum ab eo auertere · conabantur inuenire
causam · per quam possent eum accusare et de templo
expellere. ¶ Et uenientes ad eum duxerunt
secum vnam mulierem · in adulterio deprehensam ·
quam statuentes in medio populi ante eum dixe-
runt · Magister · magistrum uocant · dicit
Crisostomus · cuius uoluit esse discipuli · et adul-
ando dicunt · ut ipse non cauens eos melli-
tos eloqui · sed uenientes simplicius re-
sponderet · Hec mulier modo deprehensa
est in adulterio · In lege moysi huiusmodi
iubet lapidari · Tu uero quid dicis · ¶ Et
dicit ewangelista quod hoc dicebant temptantes
eum · ut possent eum ex sua responsione ac-
cusare · quia si dixisset · lapidanda est · ut
dicit lex · statim clamassent in populo · Ecce
iuste sequitur hominem crudelem et sine mi-
sericordia · qui tam hanc miseram posset mi-
sericorditer liberare · potius uoluit eam crudeliter
occidi · Et sic eum scandalizassent in po-
pulo · Si uero dixisset · non est bonum quod
lapidetur · sed quod misericorditer parcatur · sta-
tim accusassent eum quod legi contrarius esset
et per hoc dignus morte · Moraliter no-
te quod grauius peccatum sit inuidia ¶ Isti pha-
risei solum inuidia tenebantur cum omni fal-
sitate et dolo populum auertere a Christi predica-
cione · et ipsum in populo diffamare · deuocionem
populi et predicacionem Christi per quam homines sal-
uabantur omnino impedire · ipsum ex falsa
causa de capitali crimine accusare · hec omnia
fecit fluxit ex inuidia · Vt dicit Gregorius inui-
dia · Inuidia est que ponit dissensiones
et discordias in ciuitatibus congregacionibus
et familiis · de hoc dicitur in Genesi de Iose-
ph · ¶ Videntes ioseph a longe et cetera ·
Ipsa est que introduxit mortem corporalem
et spiritualem in mundum · Vnde in libro sapientie
Inuidia dyaboli mors introiuit in orbem
terrarum · Extinguit amorem pacem et con-
cordiam mundi · et omnem deuocionem ·
Tradidit Christum occidendum gentibus
non ea intencione · ut per mortem illam mun-
dus saluaretur · sed ut eius memori-
a omnino de mundo tolleretur · quod sciebat
quia per inuidiam tradidissent eum · Inter omnia
peccata spiritualia · inuidia uidetur esse maius
et grauius · quia sine causa sine vtilita-
te de alieno bono tristatur · et de alieno
malo letatur ¶ Et potest probari tali exemplo ·
Quidam uocauit vnum auarum · et vnum in-
uidum · et dixit eis · quod vnus peteret
quicquid uellet et daret sibi · sed alii quod posterior
a peteret daret duplum · Et cum nullus eorum
primus uellet petere · dixit inuidus · domine ego
primo petam · volo et peto · quod facias
primo michi eruere vnum oculum · et socio meo du-
os · Et cum pharisei dixissent domino · Tu uero
quid dicis · statim Christus inclinauit se · et ce-
pit digito in terra scribere · Sed quid scriberet non
dicitur in ewangelio · ¶ De hoc tamen est triplex opinio
¶ Primo dicitur quod scribebat terra terram ac-
cusati · i. peccatorem peccatorem accusantem · quod est in-
iustum · vel homo terrenus terrenum ho-
minem terrenum · quod est contra consuetudinem
celestium · qui sic se mutuo amant · quod non
mutuo se accusant ¶ Secunda dicit
quod scribebat quasdam figuras · quas pharisei
aspicientes singuli peccata sua uidebant
et erubescebant Christum · corda et opera eorum
scire eum uidentes ¶ Tercio dicitur quod
scribebat sic · quod postea ore protulit
Qui sine peccato est uestrum et cetera · Vel forte
uerius est · quod ista uerba que hic pro ordine
posita sunt · scripsit in terra · ut pharisei magis
timerent et confunderentur · Et cum diu in-
starent inclinatus et non respondens · Tunc
erigens se dixit eis · Qui sine peccato est
uestrum ¶ Vnam mirabilem et sapientem respon-
sionem et talem per quam nullam habuerunt · Non
enim dixit · non lapidetur · ne uideretur
contrarius legi moysi qui erat lex dei
Nec dixit quod lapidaretur · ne de crudelitate
reprehenderetur · Sed dixit · vt ille de ac-
cusatoribus primus in eam lapidem mitte-
ret · qui sine peccato esset · Mos enim apud
iudeos fuit · ut accusatores primi in

tales maledictores lapides mitterent.
deinde omnes astantes. Voluit dicere do(minus)
Vere sicut dicitis. haec mulier in actu pec-
cati deprehensa et coram tanta multitu-
dine accusata et tacendo peccatum confes-
sa digna esset lapidari. Sed a iustis non
ab iniustis qui similia vel maiora commi-
serunt quam morte digni essent. Si accusare
vultis quales non estis qui accusastis eam. Et
cum hoc dixisset iterum se inclinavit se et
scripsit in terra. Pharisei et ceteri accusato-
res statim post inclinationem Christi recesse-
runt. Et primo seniores qui forte ma-
ioribus erant culpis. deinde alii post
eos. Et quia alii in scriptura Christi aperte in-
tellexerunt omnia peccata sua. et cognove-
runt Christum scire omnes eos peccatores esse. et
ideo erubescebant dicere Christo te sine peccato esse.
Unde antequam Christus erigeret se omnes confusi
recesserunt. Ecce mirabilis iustitia dei
Ista eos qui venerant Christum Christum confun-
dere. oportuit cum confusione recedere. Sed
attende quod pulchra doctrina datur no-
bis in visione. Qui sine peccato est et cetera.
Nullus enim qui in peccato mortali est. et eo
vivit. debet alium in publico seu in oc-
culto de aliquo mortali peccato accusare seu
reprehendere. hoc enim prohibet apostolus. Ro. ii.
In quo alium iudicas te ipsum condempnas.
Illis autem recedentibus surrexit dominus
et vidit mulierem stantem in medio discip-
ulorum et illius populi. qui prius venerant
audire predicationem eius. Stabat
autem mulier sola. i. ab accusatoribus
derelicta sola vel sola sine mulieribus socia-
bus propter verecundiam. quod nulla voluit eam
associare. Et dixit ei dominus. Mulier
ubi sunt qui te accusant. At illa hoc
verbo audito tota obstupuit. et in-
de nescivit. Cogitabat enim forte quod mitteret
eos ut me traderet eis. et ipsi me du-
cerent ad lapidandum. Dominus autem videns
eam sic tremere de peccato. et dolere. et sic
confusam esse propter suam castitatem dixit

ei quod leta facie. Nemo te condempnavit
mulier. Cum mulier videns quod dominus erat
propicius super fiducia dixit. Nemo domine.
i. nemo est hic de illis. Et dominus ad eam. nec
ego te condempnabo. quasi diceret. Si accusatores
tui pro eo quod sunt peccatores nolunt te
condempnare. nec ego. i. ego tibi veniam pec-
catorum. Et ideo dico tibi. Vade amplius
noli peccare. i. vade libera et absoluta
ab ista accusatione. et ab omni peccatorum ob-
ligatione. ab omni pena tibi debita pro-
pter peccatum. tamen amplius noli peccare. Et si
enim propositum habeas de cetero non peccandi.
alias nec penitentia tua esset deo placibilis
nec absolucio tibi facta esset utilis. Et no-
ta quod non dixit ei. de cetero non peccabis. quia
hoc non est in hominis potestate. immo est divine
gratie donum. Sed dixit. noli peccare. i.
habeas firmam voluntatem de cetero non pec-
candi. ne deterius tibi aliquid contingat
sicut gravius periculum ante in animas vel
corporis. sicut dictum fuit in firmo sanato
ad piscinam. Hic potes dicere quomodo ho-
mo incurrit penas corporales et spiritua-
les et eternales propter peccata. Rogemus do-
(minum).

Sermo ii. de beata v(irgine).

Ihesus autem inclinatus deorsum
digito scribebat in terra. Ista
Christi inclinatio significat humilitatem. qua se tantum
inclinavit quod in uterum virginis descendere
voluit. Inclinando autem se digito me-
um scripsit. i. in maria virgine. quae terra
significat. quia fructum nobis protulit.
de quo dicitur in psalmo. Aperiatur terra et ger-
minet salvatorem. qui est omni benedictione
dignus. Sicut dictum est. Benedictus fructus
ventris tui. Dicitur autem duo de ipsa virgi-
ne in verbo proposito. scilicet quod terra sit et quod terre digni-
tatis et excellentie. quia scripta sive
picta a deo. Quantum firmitatis et constan-
tie. quia comparata firmissimo elemento. Quan-
tum ad primum sciendum quod tota trini-
tas in ea scripsit. pater sua potencia
filius sua sapientia. spiritus sanctus sua pi-
etatem et clemencia. Et ideo potes esse

·domi

ad adiuuandum. Sapiens ad aduocan-
dum. Clemens ad miserendum. ¶ Primo quidem
est potens ad adiuuandum. Eccli. xxiiii.
Et in ierusalem potestas mea. Est enim ita po-
tens quod potest iuuare in uita et in morte et
post mortem. Unde cantat ecclesia. O maria mater
gratie. Adiuuat quidem in uita. Sed in ui-
ta quidem sunt iusti quidam peccatores.
Iustos adiuuat quia conseruat eos
in gratiam. Unde dicitur mater gratie. ¶ Peccatores
adiuuat quia impetrat eis ueniam. Unde
sequitur. Mater misericordie. Adiuuat in
morte quia tunc a dyabolo nos defendit. quod
est ualde necessarium. quia non tantum ad peccatores
sed etiam ad uiros sanctos qui moriuntur ue-
nit. scire uolens si aliquid iuris in eis
habet. sicut in beato martino. Sed tunc ma-
xime nos defendit beata uirgo. et eius gra-
tia ad celum deducit. Unde dicitur. Tu
nos ab hoste. ¶ Secundo [illegible] sepeliuit
in ea suam sapientiam ad aduocandum.
Unde significata est per illam mulierem sapien-
tissimam de qua dicitur. Reg. xiiii. Misit ia-
cob thecuam et tulit inde mulierem sapien-
tissimam. que pro absolone apud david aduocauit
allegans generalem infirmitatem cum dicit
omnes morimur et tamquam aqua dicit. que
aqua dilabimur. In terram irreuocabiliter. ubi quod
non reuertuntur. ¶ Homo enim est spiritus uadens
et non rediens. Ista aduocata habuit
illa que in bono aduocato requiruntur. scilicet
diligentiam sapientiam et gratiam. Habet
diligentiam quia semper a dextris iudicis
Christi. Astitit regina a dextris tuis. ut
semper pro peccatoribus intercedat. Sapientiam
unde dicitur. In uestitu deaurato. per
aurum enim sapientia intelligitur. Christus autem
uestiuit eam auro qui nouem mensibus
in eius uentre habitauit. Gratiam cum dicitur
Circumdata uarietate. Id est [illegible] fuit
et gratiosa in curia celesti. quia omnes cir-
cumdant. ¶ Unde cantat ecclesia. Sicut di-
es uerni circumdabant eam flores rosarum et
omnes societates martyrum et lilia conual-
lium. id est sanctorum omnium societates angelorum. uir-
ginum. et confessorum. ¶ Tertio spiritus sanctus
sepeliuit in ea clementiam ad miserendum. Un-
de dicitur secundum pietatis et misericordie. ¶ Eccli. xxiiii. de
illa dicitur. ego sum mater misericordie. Unde dicit
Bernardus. Ab omnibus sanctis nemo sit apertum
in non sit qui se abscondat a calo-
re eius. Uel sepeliuit in ea Christus digito
id est spiritu sancto opera uirtuosa et miraculosa.
¶ De gratia dona. et ideo dicitur. Gratia plena.
Item sepultura et hospitalitas maior est. ¶ Secundo
ostendit quod in uirgine fuit firmitas
constantie. que terra uocatur. Terra autem
ra et in eternum stat. Unde in passione Christi
fugientibus apostolis perierit. quia fidem amisit sed
in resurrectione aduenerit. quia Christus eam re-
cuperauit. Sed terra id est beata uirgo cadere non
potuit a fide. quia multitudine diuine
sapientie fundata fuit. Unde ipse. Funda-
menta eius in montibus sanctis. Unde significatur per
stellam maris. que ceteris stellis occiden-
tibus ipsa non occidit. Sic beata uirgo ce-
teris apostolis a fide cadentibus ipsa cadere non
potuit. Rogemus dominum. Dominica iiii in xl

Abiit ihesus trans mare galylee et cetera. Io.
vi. Circa istud dicitur miracula que in dominis
ad credendum tamen multo tempore fuit. Cum
autem non haberent ad obuians dissolui-
tionis et quieuit. ¶ Ista sicut audacter
bis hominibus spetiose intellexerunt. Facta
te mollitia cor est et transitum. propterea Christus fu-
rore ex plurimis signis mitigauit
et galileam uenies. ideo ascendit in uiam iudeam
et uenit transmare galilee. ¶ Uel sicut quia per-
tentes et plurima obstinates affligunt
longo tempore. ideo ecclesia [illegible] ne filii
eius deficiant in uia. proponit eis in medio re-
fectionem quam conuiuium. scilicet de quo ihesus tur-
bis sequentibus eum. et hoc conuiuium collata
nobis tunc cum magnam multitudinem.
cum hoc ut legitur et exponitur diligenter.
reficit spirituales multo plures. Et quia
omnes euangeliste loquuntur de isto conui-
uio. et quod uirtus diuinitatis supplet ab

sicut

alio loco. secundum omnes textum historiam
Dicit ergo euangelista. Abiit ihesus trans mare. Dominus noster
ihesus volens discurrere ad predicandum mo
re solito cum discipulis suis et declinare ab ho
de qui decollato iohanne volebat ipsum christum
uidere. quadam uice transiuit aquas ultra mare
galilee non quod salsum sed secundum consuetudinem
iudeorum omnes congregationem aquarum appel
lant mare. Quod ipse etiam appellatur mare
galilee vel gallilea ciuitate. Mare tybe
riadis propter tybriadem ciuitatem. que primo
uocabatur zeneth quod sonat generans a
uram. eo quod exeunt in illum venti propter valles
circumstantes. Cuius latitudo usque in syro
niam. Longitudo usque in arabiam vadit.
Et protendebatur usque in latum .6. mili
aria. et in longum .xl. ut dicit Beda. Et
hoc mare christus cum suis discipulis transiuit.
Docemur autem exemplo predicatorum et docti
ut mare peregrinorum isto tempore sua
in cruce penitentie ut possimus mare i. a
maritudinem huius mundi transire et perue
nire ad litus uite eterne. ubi christus
nos exspectat cum suis discipulis. Cum
dominus exiuisset de naui. homines et mul
ieres de partibus illis. tam de ciuitate quam de
uillis ~~hantes~~ miracula que faciebat super
hiis qui infirmabantur. cupientes eum uidere.
et audire doctrinam eius. ceperunt ad eum
cum infirmis suis. filiis et filiabus. Et
infirmos quidem ducebant. ut ab ipso cu
rarentur. Filios vero. ut visis miraculis
et predicatione audita. ipsis. i. que sunt dei
attinerent. Sequebatur autem eum multitu
do maxima pauperum. Unde alius euuan
gelista dicit. quod ibant ibi pedestres. Sed
de diuitibus nulla fit mentio. quia tales nolunt la
borare ut christum uideant et sequantur. nec
de predicationibus curant. Cum ergo uidisset tan
tam multitudinem. misertus eis fecit eos se
dere et docuit eos multa de regno dei. i. de
hiis qui ducunt ad regnum dei. Et post
predicationem omnes infirmos eorum cura
uit. Postquam facta est exultatio magna in

l. audientes

populo. Tunc dominus volens eos dimittere
ut redirent in domos suas. ascendit
quendam montem. ubi erat planum. et her
ba viridis de nouo secata. et ibi sede
bat cum discipulis suis. populi vero propter predi
cationem delectationem quam audierant. et mi
racula magna que uiderant. et letitiam
magnam quam de sanatione infirmorum suorum
receperant. obliti famis et prandii. ad
huc ceperunt currere post eum. non cogi
tantes quod multum distabant a domibus
suis. et quod secum non habebant quod come
derent. et quod in loco deserto erant. in
quo nullus habitabat. nec panis nec
uictualia poterant inuenire. et quod di
es iam incipiebat declinare. iam uespe
erat. Et cum turba iam appropinquaret mo
nti quo dominus ascenderat. Subleuauit ocul
os. in quo innuit quod oculos habebat oppressos
non eleuatos ad uanitates. ex quo
multa mala sequuntur. In quo datur
exemplum quod oculos debemus subleuare
ad inuisendum. nec eos auertere ab
ullo paupere. Tobyas. Noli auertas fa
ciem tuam ab ullo paupere. ita non fi
et. ut nec a te auertatur facies domini.
Et uidit quod hec maxima multitudo
adhuc ibat ad eum. tunc christus hoc uidens
nichil dixit. Sed hoc uidentes discipuli
christo dixerunt. dimitte turbas. i. li
centia ut uadant in uillas proximas.
et emant escas. quia locus iste desert
us est. et hora iam preterijt. Quibus dominus
respondit. Non est necesse. Sed date uos
illis manducare. Ipsi autem putabant
quod christus uellet eos reficere propriis sump
tibus. Et dixerunt. Vis eamus in proximas
uillas. et emamus panes .CC. dena
riorum. et dabimus eis. Forte tot habebant
denarios. Sed christus non respondit eis. ymmo
conuertens se ad philippum. dixit. Unde
ememus panes ut manducent hii.
Magis dixit philippo quam aliis. quia ipse
magis solicitabatur de turba quam alii

ut pte · quia de ptib; eor oriūdus
erat · Et dicit eu^s q hoc dixit eū
teptās eum · t pbās · q2 deblis ad
huc erat in fide · Ipē eī · sciebat q^d
eēt factur^9 · Et rndit philipp^9 · cc.
denarior^2 panes · nō sufficiūt eis · ut
vnusquisqz modicū q^d accipiat · for
te hoc dixit · q2 discipli dixerāt se
uelle panes p · cc · denariis emē · q.
nō bndicerēt · q q^titas illa nō e
rat sufficiēs · Plus aūt iā ascen
derat mōte · et expectabat · q aūc
dns pdicaret · et aliq nouū mira
clm faceret · et eos cū sua bndictōe li
berāt · Tunc post rn̄sionē philippi
statī dixit andreas dno · Dne est
puer vnus hic · et cet · Et q2 ad huc
deblis erat · sicut philippus · et ne
simplex i hoc dco reputaretur · statī
subiūxit · Sz q^d hec īt int tantos · Forte
iste puer ibat cū discipulis · sicut ser
uiēs · et aliqū portabat post eos necc̄ia
· Iste puer dicit^r postea fuis fuisse dis
cipulis · et uocatus est marchial^9 ·
Cui^9 corpus cū tocie quiescit · ubi
stans depictus · cū cuictis · ipse digi
to ondit dicēs · Hic uideo passu
q me fateor pastū fore · Et alius v^sus
dicit · q dedit et v · panes in deserto · No
q famil^i religiosor^2 · possūt in cōsilii assu
mi · ad societatē · sicut pz i isto mar
chiali · Qz uite mirablem uitā xpi
et austerā et disciplor^2 eius · nā cōe
debāt panē ordeaceū · et de illo hēbāt
ita modicū · q cū essent 12 · nō hēbāt
n̄ · v · Tūc dns cōuocans discipulis
dixit eis · Facite homines discūbe · A
pli aūt dixerūt omnibz apte · ut se
deres separet ad prandiū · qui iussa
cōpletes · fecerūt sibi sedes de feno · q
erat ibi i habūdantia · Qz fenū est nō
cau · Sz prudentia xpi · q2 scdm ys · Om
nia fenū · ps · Hō sicut fenū · Tunc
aūt homo · i cōuiuio xpi cōmedit sr
fenū · qn̄ sedet sup carnē suā · eius de
sideria calcādo · et supando · Fecerūt aūt
discipli eius sede p societates · Cen
tenos et quinquagenos · ut dicit · Ori^9 · h^o
cōmō · quia ex vna pte · pti steterūt os
quinquagene p ordinē · ita q erat spaci
ū · int vnā et altā ptem · et eodem
mō ex alia pte fecerūt stare cente
nos · Mulieres uō et puos fecerūt sta
re sepatī · Qz fecit dns p duo · Pmo ut
discipli melius et ordinatius simul
et ut numer^9 cōmedētiū facilius
ab omnibz sciri posset · Hec ordinatō
sedētiū et cōmedētiū sigt ordinē q est
i uita eterna · Nam oms bti in celo
vno pane uescet^r · i · visione dī · q sca
la visio pstat uitā eternā · Io · 8 · h
est uita eterna · Et oms sedebūt i
pate p societates · Centenas · et qn̄
quagenas · i · maiores simul · et mino
res simul · Apli · n · erūt i vna · Sz pua
· Patriarche in alia · Phete in alia ·
Martyres in alia · Confessores in ali
· Virgines i alia · Religiosi i sua · Con
iugati in sua · q sola forte maior erit
aliis · Et hec est illa turba · q nemo
numare potest · de q dicit in apoc · Et
sicut in isto cōuiuio erat distanti int
societate et societatē · sic erit dra i uisio
ne diuina · q2 alii plus · alii min^9 ui
debūt · i · clarius · ul min^9 clare · Et
q2 aplius uidebit ille beatior erit ·
Et qui min^9 uidebit ita cōtentus erit
· q nichil amplius desiderabit · Hic est
mirable · q2 discipli · qui prius dice
bant · vis eam^9 emēe panes · q · nō cre
detes · q dns tanta multitudinē pas
ce posset i deserto · ex mō ad iussū fa
ciūt oms discūbe · et ad prandiū sepa
re · q · pata sint omnia · cū tn̄ nichil p
atū uiderīt · Et mirablior fuit obedia
istor^2 homī · q sic ipleuerūt co uisio
ne · Omnibz a^t sic sedentibz · et quies
centibz · iussit dns afferri s^9 panes

ordeaceos .v. et duos pisces. ¶ Et acci-
piens eos in manibus more solito bene-
dixit. In quo instruens nos ut ea que comedi-
mus et bibimus benedicamus. faciendo signum
crucis. que quidem benedictio fit propter .ii. Primo ut
creaturis vel potius qui dat. hostis in se
ad maliciam non noceat corpori. Legitur de
moniali. que comedit lactucam. Secundo
quod per accidens non noceat anime. Pre-
terea gratias egit deo patri sicut homo
Docens quod nos de spiritualibus beneficiis
sed et de corporalibus alimentis deo gratias a-
gere debemus. Unde versus. Sicut dicit bernar-
dus. Non est dignus dandis. qui non a-
git gratias de datis. Et dicit Ysidorus. Ingra-
titudinis actio est invitacio ad plus dan-
dum. ¶ Sed hic oritur triplex questio. ¶ Prima
est. quare christus ad ostendendum divinitatis
sue potenciam. non creavit panes de no-
vo in magna quantitate. dicendum quod hoc fe-
cit propter hereticorum errorem. qui dicunt. quod omnia
visibilia sunt creata a dyabolo. Si e-
nim panes illi ordeacei. fuissent a dyabolo
creati. numquam eos benedixisset. nec pro
eis gratias egisset. Et eadem racione non
creavit vinum novum in nupciis. sed
fecit de aqua vinum. ¶ Secunda questio est quare
multiplicando panes non fecit triticeos
dicendum quod hoc fecit ad ostendendum
virtutem miraculi. quia iste panis sic multi-
plicatus fuit melior quam potuisset a-
liqua creatura producere. Et quia panis tritice-
us naturaliter est bonus et sapidus. non i-
ta apparuisset virtus miraculi. Sed sic fuit
sapidior solito. sicut apparuit in pane
ordeaceo. quia naturaliter est asper et insipi-
dus. ¶ Tercia questio est. quare christus voluit istos
panes esse .v. et non plures. dicendum
quod hoc voluit ut nos instrueret .v.
sensus corporis semper tenere in asperita-
te penitencie. quia sicut isti quinque panes as-
peri erant. Dominus autem post benedictionem
divisit .v. panes .x. apostolis. ita quod si-
gillatim habuerunt singulas medietates ad

distribuendum turbis. duos vero pisces
dedit duobus aliis apostolis. ¶ Frangebant ergo apostoli
frangendo panes et dabant omnibus. et
quia panes crescebant in manibus eo-
rum dabant cuilibet tam magnum frustum. quod
nullus amplius petebat. Illi vero qui pis-
ces portabant pisces frangentes dabant om-
nibus habentibus panem. frangentes quantum
plus vellet. et sic sufficiebat ei quod vole-
bat. Hec piscium distribucio. que fit post pa-
nes ordeaceos. significat consolacionem vite
eterne. que datur post asperitatem penitencie. et da-
tur omnibus qui volunt. prout scribitur in
bonis desiderium tuum. Et postquam dederunt
omnibus hominibus. dederunt postea mulieri-
bus et parvulis. ¶ Sed queritur quare dominus in cena
vel convivio post panes et pisces non paravit
aliquod pulmentum. dicendum quod fecit propter duo
Primo quia panis ille et pisces fuerunt ita deli-
catus cibus et ita habundanter dati quod nichil amplius
voluerunt. ¶ Secundo ut instrueret quod in omni
tempore sed maxime in convivio est tempera-
te vivendum. que quidem temperancia est utilis
et corpori. quia in nimietate escis non decet
infirmitas corporis et anime. Quia quanto
magis corpus impletur tanto plus anima cru-
ciatur. ¶ Sed queritur quare dominus in illo convi-
vio non paravit vinum. Ad hoc potest
esse duplex racio. ¶ Primo quia si ibi fe-
cisset vinum fuisset optimum. et forte mul-
ti eorum sumpsissent ultra necessitatem. ad quod se-
quuntur risus inordinati clamores et illo-
quencie que in christi presencia non decebat. ¶ Secundo
quia cibus iste fuit tante virtutis. quod sitim ex-
tinguebat. Unde ex hoc miraculum maxime a-
paruit. Cum enim lassati essent ex itinere
calescunt ex altercacione multis et calore so-
lis et repleti ex cibi sumpcione. ex hiis omnibus
homines admirabantur quod non siciebant
et ad invicem. ¶ Cum autem omnes comedis- q̄ ferebāt
sent. et saturati essent. iussit dominus ut
colligerent que superaverant de fragmentis
hoc autem fecit propter duo. Primo ut comme-
dentes dum viderent fragmenta superflue ro-

triplo · et excrevit quantitate panum · que distri-
buti fuerant eis decies cognoscentes virtu-
te miraculi ¶ Tercio ut nos instrueret · quod
ea que nobis super sunt · non proiciamus cani-
bus canibus vel porcis · sed colligamus et servemus
pauperibus · propter quod dixit · colligite ne pereant
Sed aliqui ista tempestate faciunt contrarium
quod nichil super est ad sustentacionem pauperum
Job xx · Nichil remansit de cibo eius · pro-
terea nichil remanebit de bonis eius
scilicet avari · quia nichil habebit post mortem · quia
nec oblata restituerentur · nec legata
solventur · nec heredes sibi compacientur · nec
in celo munus consequetur · Exemplum de divite
epulone · Sunt et alii qui faciunt quod super habun-
dant · dant tamen quod super est canibus vel porcis
Sequitur · Et collegerunt xii · cophinos frag-
mentorum · id est canistros · quos forte mini-
stri portaverant · cum fructibus vel aliis rebus
ad parvulorum sustentacionem · Et si queritur quid
fecerint quia fecerunt de fragmentis · cum statim
inde recesserint · et in monte nullus habita-
ret · dicendum quod inter pauperes diviserunt
Dicit autem ewangelista quod numerus virorum come-
dencium fuit v · milia · quod scito potest sci-
ri · quia sedebant centeni et quinquageni ·
Unde numeratis ordinibus de facili sciri
poterat · quot erant · Et dicit exceptis muli-
eribus et parvulis · quia in sacra scriptura fles
non numerantur ¶ Tamen potest credi sine
periculo quod iste porcione plures fuerunt viri quam
mulieres · ita quod possumus secure dicere · quod
plures quam comederunt de isto pane · fuerunt
x · milia forte plures ¶ Nota quod mira-
cula concurrunt · ad huius miraculi commenda-
cionem ¶ Primum est quod tam pauci panes · scilicet v ·
et ii · potuerunt tam cito · tam pacifice · tam
sufficienter sine tanti multitudinem pa-
scere sine aliquo defectu ¶ Secundum quod tanta multitudo
· virorum mulierum ac parvulorum · ad volunta-
tem tam paucorum hominum · sic se ordinate
locaverunt · et pacifice se habuerunt · sic una-
nimiter post refectionem expectaverunt · do-
nec omnia fragmenta collecta sunt · Tercium est quod de

---

tanta copia fragmentorum · prius v · panes
et ii pisces · steterunt in uno catino · sed
post refectionem tante fuit multitudinis · quod
fragmenta vix stabant et xii · cophinis ·
¶ Quartum est quod illi homines · viso miraculo / mi-
re mirantes · una voce dixerunt · Hic est
vere propheta · qui venturus est in mundum ¶ Et
potes addere · Ihesus autem cum cognovisset quod
homines illi volebant eum facere regem ·
quia sibi esse regem · non videbatur eis posse esse
· abscondit se in quodam loco in monte ut
oraret · quod modo est in quo fecit sermonem
a quo per milliare distabat locus refectionis
huius · qui hodie dicitur mensa · infra quod est
locus ille · in quo post resurrectionem co-
medit partem piscis assi ¶ Sub quo vero est
illa porta marmoris super quam dominus ambulavit
et quam alia vice excitatam sedavit ¶ Ro-
gemus ipsum qui tot corporaliter pavit · ut
dignetur nos spiritualiter hic pascere · cibo
verbi · et gracie · et in celo pane glorie ·

Prope erat dies festus Feria secunda
iudeorum · Jo · vi · Potes hic dicere
istam que habes feria iii · post primam do-
minicam quadragesime · Sed istud factum est post mira-
culum de vino in nupciis · illud autem in di-
e palmarum ¶ Sciendum quod licet omni
tempore servanda · sicut munditia anime
tamen tempus quadragesime est specialiter constitutum ad
purgacionem et munditiam ipsius · ut scilicet
que immunda invenit · cum aliquis peccat eam invenerit
per aquam contricionis · per scopam confessionis
et pluviam satisfactionis purget · ut in ie-
iunium · et observacio quadragesime impleatur cum
devocione · et sic per usque in fine · Huius
purgacionis figura legitur in ewangelio hodierno
quod Christus templum Salomonis purgavit a
malis hominibus · et immundiciis multis
quos ibi invenit · nichil inveniens · quod deus di-
ligit munditiam templi spiritualis · quod est
anima nostra · Videamus ergo ystoriam ¶ Dicit
Jo · quod appropinquante pascha iudeorum · quod scilicet fie-
bat in marcio · propterea Johannes fuit in civita-
tis quod erat unum de maioribus festis

apud iudeos · d(omi)n(u)s n(oste)r iuit ih(e)r(usa)l(e)m (et) ista
(et) visitauit i(n) t(em)plu(m) · sed i(n) (con)suetudi(n)e
sua · ut uidet(ur) q(uod) deuote uide(re)t sep(ar)ent(ur)
ad sollep(n)itate(m) pasche · Dic(itur) e(ni)m i(n) ho(c) t(em)p(or)e
festu(m) pasche · ap(u)d x(rist)ianos fit i(n) maxi(m)e
sollep(n)itates · quib(us) x(rist)ianus deb(et) e(ss)e
deuoti(us) (et) s(an)ctus · so(lempn)itas est (et)i(am) i(n) illa
i(n) qua x(rist)ianus deb(et) p(er) p(ri)ma(m) · ieiu(n)ia o(rati)
o(n)es · el(emosin)as · (et) alia bo(n)a op(er)a s(an)c(t)us (et)
deuoti(us) fie(r)i · ut in festo dignus sit
tu(n)c filius dei ad m(en)sa(m) x(rist)i acced(er)e · Q(uia)
n(on) tu(n)c i(n)uenit(ur) i(n)dignus · n(on) est i(n)di
tandus i(n)uenire x(rist)ianus · (et) x(rist)i i(n)i
micus · Seq(ui)t(ur) q(uod) d(omi)n(u)s ingrediens tem
plu(m) i(n)uenit ibi multos ho(m)i(n)es (con)tem(p)t(i)
a(n)te ibi stare · quor(um) aliqui h(ab)ebant
m(er)ces suas · ut uenderent · alii oues ·
· alii columbas viuas · Erat (et) ibi usura
rii t(r)acte(n)tes sup(er) co(n)ti(n)uis · q(ui) posuerat i(n) illa
pall(iis) coop(er)tas et pecu(n)iis refertas ·
No(n) solu(m) ad arge(n)tu(m) p(er)mutandu(m) · s(ed)
(et) ad usuras facie(n)du(m) · Ita q(uod) in te(m)
plo erant m(er)catores a(n)i(m)aliu(m) · et p(ro)
s(ecund)u(m) iudeorum · templu(m) erat s(ecund)u(m) stabl(um)
(et) p(ro)p(ter) pec(uni)a(m) usurar(um) · s(ecund)u(m) erat tab(er)
na in dextru(m) · et c(aus)a o(mn)i(um) istor(um) erat
auaricia s(ac)erdotu(m) · qui (con)se(n)tiebant
q(uod) h(ec) i(bi) fierent · ut ho(m)i(n)es a lo(n)
ge uenientes i(n)uenirent p(ar)ata a(n)i(m)alia
ad emendu(m) · et qui n(on) h(ab)uerunt p(ec)u(nia)m
de facili possent (con)tra h(ec) cambiu(m) · ita
q(uod) oblaciones (et) sacrificia nu(m)q(uam) deesse(n)t
(et) credit(ur) q(uod) sacerdotes i(n) h(ii)s a(n)i(m)a
lib(us) q(ue) uendebant(ur) h(ab)erent p(ar)tem ·
Dominus g(ra)t(ia)m uidens hec abh(omi)nacio(n)e
fieri i(n) templo · et ea(m) sustine(re) n(on) ualens
fecit de funiculis p(ar)uis quos i(n)uenit
unu(m) flagellu(m) · et (con)uertens se ad uende(n)
tes a(n)i(m)alia · leuauit manus · q(uasi)
volens p(er)cut(er)e · et fugerunt o(mne)s ext(ra)
templu(m) · (et) ille q(ui) b(e)ator erat · q(uo)n(iam) tam
fug(er)e pot(er)at · de i(n)de eiecit o(mn)ia a(n)i
malia post eos · usurarii h(ab)et n(on) ui
dentes relictis pecuniis et m(en)sis · fu

gerunt ext(ra) templu(m) · quor(um) m(en)sas cu(m) pe
cuniis euert(it) d(omi)n(u)s · et delicta eius qui
aliq(ui)s uoluit sine p(re)cio accepit · Et q(uia)
n(on) a facie uni(us) paup(er)is ho(m)i(n)is · fug(it)
tanta multitudo ho(m)i(nu)m · dicendu(m) q(uod) x(rist)o
cu(m) dedit uoce(m) sue uoce(m) (con)t(ra) eos · ita
q(uod) (con)t(ra) quos loq(ue)bat(ur) · tim(or)e p(er)territi
o(mne)s fugerent · Exibat aut(em) de facie ei(us)
ut dicit Jo(hannes) · q(ue)dam splendor · p(ro)p(ter) q(uem) n(on) po
terat in facie(m) eius aspice(re) · Et h(oc) f(a)c(t)o (con)u(er)
tens se ad uendentes columbas · q(ui) n(on)d(um)
recesserant · dixit eis · Aufferte ista hi(n)c ·
(et) n(on) fac(i)te do(mum) pa(tris) mei do(mum) negacio(n)is
Recesserunt (et) de eccl(es)ia · q(uia) stabli(m) p(ro)p(ter) a(n)i(m)a
lia que ibi fieba(n)t · (et) q(uia) locu(m) abhor(ra)
bile(m) p(ro)p(ter) usuras · q(ue) ibi fiebant · et q(uia)
for(um) p(ro)p(ter) uendentes et eme(n)tes ibi · In
h(ac) au(tem) templi purgac(i)o(n)e · d(omi)n(u)s docet no(s)
t(r)ia · p(ri)mo · q(uod) in eccl(es)ia nich(i)l deb(et) fieri · n(isi) q(uod) ad
laude(m) dei spectat · ul(tra) a(n)i(m)ar(um) salute(m) ·
Et q(uod) ea q(ue) p(e)cc(at)a p(er) se su(n)t · ubi(cum)q(ue) fiant · s(ed)
si(n)t in eccl(es)ia fiant · p(e)cc(at)a aggrauant · Et io
sciendu(m) q(uod) su(n)t plures circu(m)stancie aggra
uantes p(e)cc(at)a · de quib(us) peccator deb(et) (con)fit(eri)
· et ubi eas tacet · l(ice)t nesciat · d(ebe)t au(tem) (con)fes
sor diligent(er) i(n)t(er)rogare · s(ed) locus temp(us)
(con)dic(i)o p(er)sone · s(ed) locus tempus (con)dic(i)o
p(er)sone · scandalu(m) · infamia · desp(er)atio · q(uia) m(odo)
d(ictu)m secu(n)du(m) est · i(n)teru(m) temporis longitudo ·
Ecc(lesia) q(uod) a(n)i(m)a n(ost)ra · que est templu(m) dei
sp(irit)uale · debem(us) (con)seruare mu(n)da(m) · et si est
ad i(n)mu(n)dicie(m) · salte(m) isto tempe(re) debem(us) p(er)
ueram p(e)nitenciam amouere · Et n(on) q(uod) mu(n)
dicia(m) a(n)i(m)e n(ost)re diligit · q(uod) p(at)z ex eo · q(uod) i(n)m
dicia(m) p(e)cc(at)or(um) suor(um) sa(n)gui(n)e suo lauit
Ho(c) q(uod) deus mu(n)dicia(m) nos h(ab)ere p(re)
cip(it) · p(er) ysaia(m) · Lauami(ni) mu(n)di estote · It(em)
laua a malicia cor tuu(m) · Tercio q(uia)
h(ab)et mu(n)dicia(m) · d(omi)n(u)m amicu(m) n(ost)r(u)m et fa
miliare(m) nob(is) facit · P(ro)u(erbiorum) · Qui diligit
cordis mu(n)diciam et c(etera) · Q(ua)rto q(uia) h(ec)
mu(n)dicia a(n)i(m)a(rum) deu(m) h(ab)itato(r)em facit
· p(re)s(ertim) tu(n)c aut(em) i(n) isto h(ab)itat · Et ys(aias) dicit ·
q(uod) sp(iritu)s s(an)c(t)us requiescet s(upe)r eo(rum) c(or)p(or)a q(uia)

Alibenter debemus (con)s(er)uare · p(ro)pt(er) v ·
primo q(uod) deus sup(er) o(mn)i(a) mu(n)dicia(m)
anime

ornati
omibz

Animi

Qui vero

significatur mundicia. ¶ Hoc quia ipsa
est que ad dei visionem nos perducit. Ostendit
Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt.
¶ Iste non quia mundicia anime acquiritur et conser-
vatur per puram peccatorum confessionem. Ps. Con-
fessionem et decorem induisti. Per sacre scripture divi-
ni verbi auditum. Ioh. Iam vos mundi
estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Per devotam et
orationibus continuam orationem. Per lacrimas. mundabit per
elemosinarum largitionem. Luc. Date elemosinam et ecce
omnia munda sunt vobis. Per carnalium
desideriorum mortificationem. Gal. Spiritu
ambulate et desideria carnis non perfici-
etis. ¶ Tu autem domine omnes peccatores eiecisti
Sed iudei qui in templo remanserant di-
xerunt ei. Quale signum nobis potes osten-
dere. per quod cognoscamus quod habeas a deo au-
ctoritatem faciendi hec que tu facis. quia
dicis. domus mea etc. ac si tu esses
deus. ostende nobis aliquod signum per quod appareat
ita esse. Quibus dominus ait. Ego do vobis
tale signum. quia solvite templum hoc.
et ego in tribus diebus etc. ¶ Iudei attenden-
tes quod dixit de templo in quo erant admi-
divinis rantes. dixerunt. 46. edificatum est te-
plum hoc. et tu dicis in tribus diebus re. illud. Te-
plum salomonis primo edificatum est tem-
plum .n. annis postea fuit destructum. et
cepit reedificare zorobabel. Sed impedi-
entibus inimicis. edificatum est in 46. an-
nis. ex quo arguebant iudei esse inpos-
sibile. quod tantum opus quod multis operatum an-
nis fieri posset tam cito construi. Sed dicit
evangelista quod ipse hoc dicebat de templo
corporis sui. quod fuit in cruce dissolutum per
mortem. Sed ipse tercia die reparavit. cum
a mortuis resurrexit. Nota secundum au-
gustinum quod conceptio humani corporis sic proce-
dit. quia primis sex diebus quasi lactis habet si-
militudinem. ¶ Sequentibus ix. diebus converti-
tur in sanguinem. deinde xii. diebus soli-
datur. xviii. formatur usque ad perfectam li-
neaturam omnium membrorum. Et in reliquo tempore
usque ad tempus partus in magnitudine augetur.

Sex autem et ix. et xii. et xviii. in unum con-
iuncti faciunt 45. Quibus si addatur unus
in quo anima infunditur erunt. Qui cum 46.
fuerint multiplicati per septenarium. qui
huius ordinationis caput tenet fiunt. cc.
lxxvi. id est ix menses et sex dies. Non igitur ab-
surdum 46. annis dicitur edificatum tem-
plum. quod corpus christi significat. non quod tot anni fuerint
in formatione dominici corporis. ¶ Nos autem vocat
corpus templum sancti dei. propter 3a. ¶ Primo
quia deus in templo habitat deus laudatur
venditur peccatores reconciliantur. Sic in
templo corporis christi plenitudo divinitatis
corporaliter inhabitat. Col. ¶ ii. in ipso et in uni-
tione incarnationis et in operibus que per corpus
gessit deus laudatur et predicatur potens
sapiens et clemens. Cor. Quod infir-
mum dei fortius est hominibus. et quod stultum dei
sapientius est hominibus. ¶ Secundo quia in ipso et in operibus illius
corporis passione. sanguinis effusio-
ne et morte omnes peccatores. qui a princi-
pio mundi usque in finem salvabuntur
deo reconciliati sunt. Non enim in isto si-
cut in templo salomonis pauci recon-
ciliantur. sed omnes qui salvantur. Ro. Re-
conciliati sumus deo per mortem filii eius.
Hoc templum est corpus domini. quod debe-
mus continue videre. non solum in ligno crucis
depictum. sed in corde per iugem memoriam
impressum. et in manibus sacerdotis ipso
auditi. et sic meliores tantorum beneficiorum
dei debemus esse deo grati. Coll. Gratiarum actio
de gratia de omnibus beneficiis. ¶ Hec gratiarum actio
in tribus consistit. ¶ In continua dei bene-
ficiorum recordatione etc. Ps. Memor ero
ab initio mirabilium tuorum. Sed de ingratis dicitur.
Obliti sunt beneficiorum eius. In operum sancti-
tatis christi imitacione. Ro. Induite vos
dominum iesum christum. gloria et forma vivendi ip-
sius. Eph. Estote imitatores dei sicut
filii karissimi. In continua de beneficiis actione
patris et spiritus vocali gratiarum actione
vel saltem mentali. Thessalo. In omnibus
gratias agentes. hec est enim voluntas

dei in omnibus nobis in christo ihesu. Iste est er-
go deo gratus qui beneficiorum eius iugiter
est memor in corde. Sed ille est magis
qui assidue gratias agit ore. Sed ille si-
bi omnibus gratissimus qui exemplum vite
christi tenet in opere. ¶ Sequitur quod discipuli tunc
non intellexerunt hoc dictum. Sed quando sur-
rexit a mortuis cognoverunt quod de corpore
suo dicebat. His dictis dominus stetit in
ierusalem usque ad diem pasche. Et illa di-
e iterum venit in templum et ibi fecit mul-
ta miracula super diversos infirmos quos
sanitati restituit ut dicit magister. Et ex
hoc multi iudei crediderunt in eum. Sed heu
quid possumus nos dicere. Quia miracula que
fecit audivimus et quotidie fiant
in peccatoris conversione videmus et tamen pau-
ci sunt qui vere credant in eum. Credunt quidem
tamen sicut demones qui credunt eum
esse christum sed non credunt in ipsum quia per amo-
rem non inherent ei serviendo et precep-
tis scilicet obediendo vel honorem debitum in peni-
tendo scilicet penitentiam quam ipse portavit et
decimis et testamento relinquendo non faciendo
¶ Sequitur ihesus autem non credebat semet-
ipsum eis id est non plene confidebat cum e-
is et se non communicabat tamen eis sicut cum di-
scipulis nec illa secreta aperiebat eis
que discipulis et reddit racionem in ewangeli-
o quia ipse sicut deus videbat corda
ipsorum et cognoscebat quod ipsi adhuc non
erant firmi vel in fide et quod de faci-
li a fide recessissent nec de hoc requi-
rebat testimonium hominum qui non videt
nisi que foris sunt. Ipse enim sciebat
quid esset in homine in corde hominis. Ex hiis
eliciuntur duo. ¶ Primum est quod christus non
habitat nec conversatur cum hiis qui non habent
verum fidem. ¶ Secundum quod christus omnium corda no-
vit et cogitationes eorum. Rogemus igitur domi-
Iam die festo mediante. Feria iiii.
ascendit ihesus. Io. vii. Inter iudeos e-
rat divisio qui diversimode sentiebant
sicut exprimitur in ewangelio. Quidam enim mi-

rabantur de sapientia sua unde dicebant quomodo
hic litteras scit. Alii tractabant de mor-
te sua unde dicit. Quid me queritis
interficere hominem. Alii indignabantur de cu-
ratione sua scilicet quod in sabbato curabat. Unde dixit
eis. Indignamini quia totum hominem salvum
feci in sabbato. Alii dedignabantur scilicet de pauperta-
te sua dicentes hunc scimus unde sit. Christus
autem cum venerit nescit unde sit etc. Alii
sentiebant de capacitate sua unde dicit
Querebant ergo eum apprehendere. Et in
hiis omnibus dicenda est hystoria cuius
que talis est. ¶ Dicit Io. quod in instante sem-
el die festo iudeorum scilicet tabernaculorum quod fiebat
in memoriam habitationis in deserto et fiebat
in septembri et dicebatur scenophegia
id est papilionacia quia habitabant vii diebus
in papilionibus et umbraculis. Dominus
noster existens in galilea dixit discip-
ulis suis. Ite in ierusalem ad diem festum
ego autem veniam post vos alio die.
Racio quare non ivit primo die cum eis
fuit quia multi iudei tractabant iam de m-
orte eius et illa die veniebat maxi-
ma multitudo et dominus noluit quod pro
sua presentia fieret scandalum in populo.
et sequenti die quando propter solacia esset in-
quietatio animorum iudeorum venit in templum
et convocans populum qui ibi erat cepit
predicare et docere eos de regno dei et
sacram scripturam exponere. Et mirabant-
tur omnes audientes eum et dicebant
ad invicem. Quomodo iste scit litteras cum non
didicerit. Potuit esse triplex causa
huius admirationis. ¶ Prima quia nunquam
viderant vel audierant eum esse in scolis
fuisse vel litteras didicisse et tamen ita lo-
quebatur litteraliter ita discrete et ita sub-
tiliter exponebat scripturam ac si lon-
go tempore studuisset. Et quia impossi-
bile est quod homo solo ingenio et studi-
o sine humano magistro possit scien-
tiam habere nisi divino miraculo sic
factum est in apostolis. Ergo mirabatur.

¶ IIm. quia ipse unus erat . et tamen soli
lius et profundius predicabat quam docto
res legum . qui longo tempore studen
do didicerant ¶ IIIa quia verba que procede
bant de ore eius erant dulcissima . et
super modum delectabilia . unde dicit Luce
IIII Mirabantur omnes de hiis que proce
debant de ore eius ¶ Sequitur quod dominus
audiens eos de se loquentes . et de sua do
ctrina dixit eis . Mea doctrina non est mea
sed eius qui misit me patris . i. dei . q. d.
Ego sum filius dei . et ea que loquor habeo
a patre meo . et ideo verba mea non sunt
hominis sed dei . Et addidit . Siquis vo
luit voluntatem dei eius . i. patris dei fa
cere . cognoscet utrum doctrina mea sit
ex deo . an ego sicut homo loquar a me
ipso ¶ Voluntatem domini debemus libenter fa
cere propter tria ¶ Primo quia ad hoc nos in
ducit naturalis equitas . quia ipse est noster con
ditor . et dominus bonus et magnus dominus . et ideo
nos servi debemus libenter voluntatem face
re boni domini . D. in luca . quia boni servi di
xerunt domino suo . Domine factum est ut imperasti
Et dominus in evangelio . Ille servus sciens vo. do.
sui et non faciens plagis vapulabit multis . Qui
enim vere reputat se servum dei . sine diffi
cultate implet voluntatem domini sui .
¶ Secundo quia hic requiritur divine volunta
tis bonitas . Ro . ut probetis que sit volun
tas dei bona ¶ Sciendum quod voluntas
dei dicitur bona . quia est solum de bonis . scilicet
de dei et proximi dilectione . dulci et specta
bili amplexione . sancte penitentie satisfactione . et sal
vatione anime . paucorum et levium preceptorum
observatione vitanda peccata . et demo
nis societate . minorum nostrorum multipli
catione . et hoc patet ex exemplis bonorum operum . scilicet per
ordinem ieiunium . elemosinam . et huiusmodi . volu
it deus vitam nostram esse mixtam . ut possit
nobis mixtam conferre gloriam . quia unusquisque
mercedem accipiet secundum suum laborem . Cor. 3. quia
hoc hortatur faciendis dei voluntatem mul
tiplex utilitas . Prima qui voluntatem dei

bene et diligenter exequitur ¶ Primo fi
lius dei et frater efficitur . Mt . Quicumque fe
cerit voluntatem usque hic meus frater et c.
de hoc sequitur frater iiij . post suo tanta
certa sive ¶ IIo in suis orationibus melius a
deo facilius exauditur . ps . Voluntatem timen
tium se faciet . et deprecationem eorum et c. Io . Si quis
dei cultor est . et voluntatem eius facit . hunc et c. ¶ IIIo
Animam eius hereditatem constituit deus . Io.
Qui me misit . mecum est . et non reliquit me so
lum . Mecum est ad consolandum in tribulatione . ad
adiuvandum in temptatione . et inflammandum
cor divino amore ¶ IIIIo post mortem porta
paradysi celestis sibi aperitur . Mt . Non omnis
qui dicit michi domine domine ¶ Vo deus vo
luntatem eius implebit in celis . qui dum vix
it implevit voluntatem dei in terris . ps . Im
plebit in bonis desiderium tuum . Sed cum am
plificari modo debemus quia homo fa
cit voluntatem dei modico tempore . deus
autem facit voluntatem eius in perpetuum sine fi
ne . Et hic arguitur quod predicatio et
doctrina christi non est utilis . nec cogno
scitur nisi ille qui facit voluntatem . Et
addidit dominus . Qui a semetipso loquitur
gloriam propriam querit . qui autem querit
gloriam eius qui misit illum verax hic
est . et iniustitia in illo non est . Volunt
dicere dominus secundum glossam . Post me veniet
antichristus . qui docebit et loquetur a semet
ipso . i. secundum propriam voluntatem . non direc
tus non instructus a deo . sed a dyabolo . et
ideo ipse est mendax et non est credendum . Sed e
contra christus . quero gloriam eius qui misit
me . i. dei patris . quia in predicationibus meis
et operibus omnibus meis ipsi soli
non michi tribuo gloriam et honorem . et ideo
verax sum tam in verbis quam in operibus . et in
me non est iniustitia . i. aliqua culpa vel ma
litia . In hiis verbis instruit nos dominus
quod de bonis operibus virtutibus et gratiis sui
aliis meritis que videmus in nobis nichil
nobis attribuamus . nisi soli deo . et ei
gratias agamus . Ipse enim est qui operatur omnia

dei.

est

s. demonium habes

in omnibus yo. 16. Omnia opera nostra operatus est in nobis ¶ Deinde quod interis tacentibus dominus adhuc addidit dicens. Nonne moyses dedit nobis legem. et nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere. voluit dicere dominus vos gloriamini quod habetis legem dei datam nobis per moysen que precepit. Non occides. et contra hoc preceptum nullus vestrum facit. scilicet qui temptant me occidere sine causa. Sed quia pauci erant ibi qui scirent tractatum hunc ¶ Undique multitudo respondit et dixit. Quis nostrum querit te interficere. hoc dixerunt ignorantes huius tractatum. et admirantes de verbis eius. Dominus autem ut daret nobis exemplum pacientie non respondit ad iniuriam sibi dictam. sed humiliter se excusavit. deo quod exponebant sibi. propter quod aliqui eorum volebant ipsum interficere. Et dixit sic. Unum opus feci. et omnes miramini. quod totum hominem salvum feci. scilicet in anima et in corpore. et hoc feci in die sabbati. et ideo contra me indignamini dicentes. hoc est contra legem moysi. qui precepit nullum opus fieri in die sabbati. Et secundum vos. ego sum violator legis. Sed ego ostendo vobis per legem. quod tale opus licet fieri in die sabbati. Unde sequitur. Moyses mandavit in lege. quod circumcisio fiat octava. Sed sepe contingit quod octavus est sabbatum. et tamen illi die circumciditis pueros. nec propterea dicitis sabbatum violari. nec solum legem moysi. Et hoc quia circumcisio est opus salutis. Similiter facere opera salutis. cuiusmodi sunt. orare. elemosinam dare. communicare. et similia. in die sabbati. non est malum. Nam in die festo licet hominibus bene facere. Sed sanare hominem ab infirmitate corporis et anime. id est a peccato. est opus salutis et deo placens. ergo non sum violator legis vel sabbati. si totum hominem salvum feci die sabbato. Tantum dicat. quia sicut sepe dictum est. quod

ceus christus sanavit. aliquid in corpore sanabat et in mente. Vel totum. quia quecumque erant infirmitates in homine. et si pro una sola sananda rogatus fuisset. tamen semper sanabat omnes. ut ex hoc nobis innueret. quod infirmitates anime que sunt peccata. scilicet non curant per partes. sed aut omnia dimittunt. aut nullum ¶ Et non quod magnum est sanare hominem corporaliter. Maius sanare spiritualiter. maximum utrumque. modo quod christus fecit. Unde sicut verus et perfectus medicus ad nos de celo missus fuit. ut omnes infirmitates curaret. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Augustinus. Magnus de celo venit medicus. quia per totum mundum magnus iacebat egrotus ¶ Postea concludit dominus dictum suum. et ait. Nolite iudicare secundum faciem. sed iustum iudicium iudicate. quasi diceret. Nolite iudicare secundum personarum acceptionem. ut dicatis. quia bene licuit moysi concedere circumcisionem fieri in sabbato. et michi non liceat miracula facere in sabbato. et totum hominem sanare. id est in anima et corpore. quod tamen non est opus humanum. sed divinum. Iudicate ergo iustum iudicium. id est secundum veritatem quam cognitam non me dampnabitis moysi esse contrarium. ¶ Deinde quod quidam iudei de civitate iherusalem dicebant ad invicem. Non est hic ille. quem querunt principes occidere. Ecce palam loquitur et nichil ei dicunt. numquid vere. id est forte in veritate cognoverunt. quia hic est christus in lege promissus. et ideo timent mittere manum in eum ¶ Sed hoc videtur mirabile nobis. quia nos scimus unde est iste. scilicet de bethleem ubi natus est. et inde est ioseph qui dicitur pater eius. Sed sicut dicunt nostri sapientes. quando christus venerit. nemo potest scire unde venit. aut unde sit. Istis autem hoc dicentibus. et mirantibus super hoc crescente populo. christus elevata voce ut bene audiretur ab omnibus dixit. Vos me scitis. id est faciem et

in templo

conversatione mea cognoscitis · et unde sim scitis
· quia de bethleem secundum naturam car
nis · Sed scitote quod ego non veni a memet
ipso · Sed a patre meo qui misit me quem vos
nescitis · id est non cognoscitis · Et ille verax
est · id est in sua stabilitate · quia semper est id
quod est · et numquam in sapientia mutatur · nec in bo
nitate · nec in voluntate · Malachie · Ego
deus et non mutor · Boecius · stabilis
manens dat cuncta moveri · Sed ego sci
o eum · quia ab eo exivi · et ipse me misit ·
et si dixero · quia non novi eum · ero simil
vobis mendax · Sed scio · id est cognosco eum · quia
ab eo exivi per eternam generationem · et ipse
me misit · id est incarnari voluit ¶ Sequitur
quod maiores iudeorum qui ibi erant fue
runt scandalizati · quia filium dei se nomina
vit · et eos mendaces esse dixit · Voluerunt
eum apprehendere ut occiderent · id est occi
dendum eum pylato traderent · tamen nemo
fuit ausus in eum mittere manus · Et
reddit evangelista racionem · quia nondum venerat
hora eius · id est qua occidi disposuerat
¶ Nota de hora · ipse enim scilicet diem horam · et ge
nus mortis in sua potestate retinuit
nec ante capi · aut occidi potuit · quam
cum voluit · et ideo mors sua que fuit re
demptio nostra · solum de sua benignita
te processit ¶ Sequitur finis evangelii ·
ubi dicitur quod multi de turba · id est layci po
pulares · et pauperes crediderunt in eum ·
Ecce utilitas predicacionis · quia et si non
omnes tamen multi ex predicacione convertuntur ·
Ideo beati qui audiunt verbum dei
et custodiunt illud · [illegible] · Fer iiii

Preteriens ihesus vidit hominem
cecum a nativitate · Jo · 9 · In evange
lio predicatur de hiis tribus · de peccato quod
sit dampnosum · ut vitetur · de dei misericordia quod
sit magna · ut desideretur · de penitencia quod sit
fructuosa · ut ametur · id est aliter parte
ti · et de hiis tribus agitur in evangelio hodier
no ¶ Primo quod magna sit peccatoris
miseria · ubi figuratur ceditas ceci ¶ Secundo quod ha
bundans sit misericordia christi · in sanatione ipsius
ceci ¶ Tercio quod fructuosa sit penitencia · ubi figuratur
lavacionis eius · Et ideo presens evangelium est
cum multa devocione audiendum · cum multa di
ligentia memorie commendandum · et cum promp
ta voluntate a nobis exequendum · ut scilicet
quod a christo dictum est · de eo de locucione libe
faciam ad anime nostre salutem ¶ Dicit
ergo evangelista quod christus semel cum discipulis suis per
quandam viam iter faciens · vidit quendam
mendicum sedentem et elemosinam petentem ·
qui erat cecus natus · et stetit · id est ultra
non processit · et respiciebat eum · et disci
puli stabant iuxta eum ¶ Modo attende
quod hic dicitur · Vidit cecum · quociens legitur
quod christus vidit aliquem semper · sequitur quod fecit
ei misericordiam · verbi gracia · Vidit quendam sedentem in the
lonio · et fecit eum apostolum · Vidit turbam
ad se venientem · et fecit eis magnum con
vivium · Vidit duos fratres symonem · et
andream · et vocavit eos ad suum consorcium
In cruce pendens · Vidit matrem et conso
latus est eam · dans ei Jo · in filium · Vidit
hunc cecum · non tantum oculis corporis · sed et mentis
et illuminavit eum ¶ Sequitur quod discipuli
considerantes dominum intuentem hunc cecum sic
diligenter dixerunt ei · Rabbi quis peccavit
hic · aut parentes eius · ut cecus natus sit
In quo notatur quod propter peccata parentum · sepe filii
in utero parentum nascuntur deformes · Legitur
de Rupto rege francie · qui accepit consan
guineam suam in uxorem · huic cecum filium ca
po et collum habentem asininum ¶ Et respon
dit dominus · neque hic peccavit · neque paren
tes eius · id est illo peccato propter quod sit cecus na
tus · Sed ut manifestentur opera in illo
id est ideo natus est voluntate dei · ut ego
ipso manifestem opera dei · Opus est enim
dei facere miraculum · hoc est opus quod nemo
homo nec natura facere potest · scilicet illuminare cecum
qui numquam vidit · et ego illuminabo eum ut
cognoscatis me esse non tantum hominem · sicut in
terris creditis · Sed eciam divinitus · quem non
videtis · Et scitote quod me oportet operari

opera patris mei dum dies est. id est dum sum in mun-
do. Venit nox. id est tempus antichristi. in
qua nemo potest operari. id est dei opera non appa-
rebunt. sed solum opera dyaboli. vel nox id est tem-
pus mortis vel tenebrarum inferni. Sed quam-
diu sum in mundo. lux sum mundi. id est missus
ad illuminandum mundum per doctrinam. et vi-
tam et operacionem miraculosam. ¶ Hys di-
ctis coram disciplis spuit in terram.
et ex sputo et pulvere fecit modicum lu-
ti. et de illo luto linivit oculos ceci. dixit-
que ei. Vade et lava oculos tuos in nata-
toria Syloe. id est in piscina Syloe. Est autem
Syloe fons ad radicem montis Syon.
qui non iugiter manabat aquis. sed certis horis
ebulliebat. cuius aqua ut exciperetur. quod sta-
gnum non longe a fonte factum erat. quod col-
lacionem non piscinam. modo natatoria
vocat scriptura. ¶ Modo considera opera
christi. potuit enim solo verbo curare. dicendo
Respice. sicut dixerat alii ceco. qui confesti-
m vidit. Tamen in istius illuminacione fecit tria
propter hoc ad nostram instructionem que spiri-
tualiter mistica nota sunt predicto ceco. ut
lumen gracie recipiat. ¶ Primum est quod
de sputo et de terra fecit lutum. et signi-
ficat quod de saliva sue divinitatis. et ter-
ra nostre mortalitatis. fecit unum lutum
id est unum hominem. in quo erat deus. id est per-
sona filii dei. et homo de massa Ade.
qui primus est formatus de limo terre.
¶ Secundum est quod posuit lutum super oculos
ceci illuminandi. et significat quod peccator cecus
qui vult illuminari. debet memoriam huius
passionis et mortis dominice. et proprie
e mortis ante oculos mentis. Unde Bernardus. De
tribus humanis morte ceteris [illegible]
hora mortis. ¶ Nichil sic ad doman-
dum appetitum desideriorum carnalium tam
valet. quam quod unusquisque illud quod nunc
diligit mortuum penset. ideo nichil
est ita utile ad illuminacionem peccatoris. si-
cut memoria mortis. Proverbia. Memora-
re novissima tua. et in eternum non peccabis.

¶ Tercium est quod misit eum ad lavandum in pisci-
nam que dicitur piscina propter quatuor. Primo quia in ea
immundicie lavantur. ¶ Secundo quia in ea anima-
lia sitibunda potu refocillantur. ¶ Tercio
quia in ea pisces non habitant. Talis est
penitencia. quia per eam homo ab immundi-
cia peccati purgatur. ¶ Sitis carnalium de-
sideriorum extinguitur. pisces immunde
consolacionis in ea non inveniuntur. ¶ Et
non quod predictus cecus propter v. Primo quia cecus
nescit ubi sit. quo vadat. aut quid fa-
ciat. Secundo nescit quid de ipso aut circa ipsum
agitur. Tercio quod sicut contemptus ab hominibus des-
picitur. Quarto quod omni gaudio exteriori priva-
tur. ¶ Quinto quod ad operandum omnino inutilis
esse probatur. ad apta hec sicut nos per-
scis. ¶ Sequitur quod cecus ad iussum domi-
ni ivit et lavit oculos in piscina. et venit
videns. Quem videntes vicini. et alii qui
noverant eum in cecitate. dicebant ad invi-
cem. Nonne hic est ille qui sedebat ad pe-
tendum elemosinam. et erat cecus. et quomodo
videt. Quidam dicebant sine dubio
ipse est ille. alii dicebant non. sed similis
est ei. Ille vero affirmabat quia ego
sum. Et tunc dixerunt ei. Quomodo ergo aperti
sunt tibi oculi. Qui ait. Ille homo
qui dicitur christus lutum fecit ex sputo. et
posuit super oculos meos et dixit mi-
chi ut lavarem in piscina. et lavi oculos
et ecce video. Tunc eum duxerunt eum ad
phariseos dicentes quod ihesus sanaverat eum. Illi autem
interrogaverunt eum quomodo videret. et quis fece-
rit ei hec. Ipse autem reddidit eis dicens. Ille
homo qui dicitur ihesus etc. ¶ Pharisei non
invidentes operibus christi. quia sabbatum erat
illa die dixerunt. ille ihesus non est a deo.
quia sabbatum non custodit. quia magnum pec-
catum erat benefacere in sabbato. Et tamen non cre-
dentes illi quod prius fuisset cecus. quesive-
runt a patre et matre. et cum dixissent quod ce-
cus fuisset. tunc dixerunt ei. Da gloriam
deo qui te illuminavit. quia iste homo quem
tu nominas peccator est. nec potuisset te

te illuminare. Ille non dixit. Si peccator
est sicut dicitis nescio. unum scio quia cum es-
sem cecus. presentialiter modo video. Et est
mirabile de vobis quia non vultis michi
credere quod ille potuit michi lumen dare. Illi
autem non credentes sibi. vocaverunt parentes
eius. interrogantes eos. si hic erat. qui
prius fuerat cecus. et quomodo sanatus
fuisset. Metuentes de hoc. noluerunt ple-
nam responsionem dare. Sed dixerunt. quod filius
noster sit. bene scimus. quomodo sanatus
factus sit nescimus. Tunc iterum vocaverunt
eum qui cecus fuerat. interrogantes eum quo-
modo sanatus factus esset. Et ille quasi commotus
dixit. Dixi vobis iam et audistis. quid iterum
vultis audire. Numquid et vos vultis dis-
cipuli eius fieri. At illi dixerunt creden-
tes eum iniuriam sibi inferre. Tu disci-
pulus eius sis. nos autem discipuli sumus
moysi. Tunc ille respondit. Vos dicitis.
quia iste homo peccator est. nos scimus quod pec-
catores deus non exaudit. Sed si quis
dei cultor est per fidem et voluntatem eius
facit per mandatorum impletionem hunc deus
exaudit. quasi dicat. peccator non est dignus ex-
audire. Et si aliquando exaudit. hoc non est
ex eius meritis vel precibus. sed sola dei bo-
nitate. Qui vero iustus est. et voluntatem
dei facit. dignus est exaudire. Sed
plenus spiritu sancto locutus est iste cecus.
nec umquam a se sciuisset talia verba dice-
re quia litteras ignorabat. Unde non fuerunt ver-
ba eius. sed spiritus sancti. Et quia cecus iste
phycos dixerat. numquid et vos vultis dis-
cipuli eius fieri turbati dixerunt. In
peccatis natus es totus et tu doces nos.
quasi dicat. propter peccata tua es cecus natus. et
modo vis nos docere. et predicare nobis.
Et eiecerunt eum extra synagogam. Ihesus
autem inveniens eum dixit ei. Tu credis
in filium dei. At ille dixit. Quis est domine
ut credam in eum. Tunc dominus. Vidisti
eum. et qui loquitur tecum ipse est. Et ille
dixit. Credo domine. Et procidens adora-
vit eum. Duo commendabilia fecit iste
cecus. Primum est quod ipse cito credidit
Filio quod cito dixit ei dominus. ego sum filius
dei. ipse dixit ei. Credo domine. hoc est
contra illos qui multas predicationes audi-
unt. et tamen hiis que dicuntur non cre-
dunt. et si aliquando credunt. tamen operibus contra-
dicunt. Tales redarguit dominus dicens. O
stulti et tardi corde. etc. et redargu-
it incredulitatem eorum. Legitur autem surgen-
ti undecim. Secundum est quod ipse gratus fuit
deo de beneficio illuminationis accepto. Unde
procidens adoravit eum. et prius sicut deum
et creatorem suum. Sed sicut dominum et bene-
factorem suum. Et sicut iste gratus fuit
beneficium illuminationis corporalis. Ita et
multo magis debemus penitentes esse gratiosi de
de beneficio spiritualis illuminationis. quia
de tenebris peccatorum reductus est. ad
lumen gratie. et cognitionis. quo cognoscit peccati
vilitatem. mundi vanitatem. vite brevitatem.
mortis necessitatem. diaboli dolositatem. in-
ferni horrorem. et inde timet et deo ser-
vire studet. Item quo cognoscit dei mag-
nificentiam paradysi gloriam. et anime dig-
nitatem. scripture utilitatem. et vite gaudia
et in bonitate et caritate. quod perseveret se retinet
Sed tunc stabit et non cadit. et de bono in
melius proficiet. Si autem hoc esse recogi-
taret corde ore deo gratias egit. et ibidem
In omnibus gratias agite. Hec est enim volun-
tas dei in vobis. eius qui de tene-
bris nos vocavit in admirabile lumen. Dei
gratias non dicunt. Ro. Quia cum cognovissent de-
um non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt. et
obscuratum est insipiens cor eorum. Possumus
autem dicere moraliter quod homo excecatur
seu cecus efficitur per multa. Primo
nobilitate generis. hic est cecus esse autem
et hunc illuminavit dominus. Plurimus hyra
mitatis. et mortalitatis istorum oculos
cordis. In habundantia rerum tem-
poralium. hoc est. Tobi. qui stercoribus
hirundinum excecatus est. sed felle piscis

suppósito oculis · et passi(o)ne sancta lu
men recepit. ¶ Exaltatione honoris · ps.
Ho(mo) cum in honore esset non intellexit · et quia
in honore est non intelligit · hic est hely ·
similis sacerdos · qui non potat ince
lucernam dei · nisi prius extingueret · et
in corde suo vilipenderet honorem. ¶ Ex in
flacione sciencie naturalis · Ro · i · Dicentes se
sapientes stulti facti sunt. Jer. Stultus
factus est omnis homo a sciencia sua. Cor.
· sciencia inflat · propterea dictum est paulo
multe litterae faciunt te insanire. Hic per cari
tatem illuminatur · quia sciencia inflat · caritas
tamen edificat · et ad deum et sui ipsius cog
nitionem iterum revocat. ¶ Ob sanitate
peccati mortalis. Sap. Excecavit eos ma
licia eorum. ps. Comprehenderunt me iniqui
tates · et non potui ut viderem eos. Propterea
in persona huius orat david. Illumina o
culos meos · ne umquam obdormiam in morte
peccati. Dicit sibi consulit in apocalipsi. Vnge collirio
oculos tuos ut videas · et lumen
ergo recipiet. Ro. Deum ut det per graciam su
am · ita lumen peccatoribus · lavare cum Christus
tina scientie purius quam polluit · ut sibi servi
re in puritate consciencie · et tandem pervenire
ad visionem claritatis eterne quam nobis presta
re dignetur. Feria quinta
Ibat ihesus in civitatem que vocatur naim
Luce. vii. Quia in plurima solent peccatores et pro
catis mortuis surgere a morte peccati · ad
vitam gracie per veram penitenciam · ideo legitur hodie
ewangelium in quo agitur de resuscitatione cuiusdam
iuvenis defuncti · quem dominus suscitavit · de quo
quia in mane. ¶ Dicit ergo sanctum ewangelium quod
dominus noster cum ad predicandum discurreret · volens
ostendere virtutem sue divinitatis · ut suie pre
dicationi fides adhiberet · ut ius salvatorem
mundi ab omnibus crederetur · fecit unum o
pus grande · quod nemo potest facere nisi solus
deus. Suscitavit enim quendam mortuum · qui
ad foveam portabatur · solo verbo coram
magno populo · ex quo letum magis nar
tur · deus benedictus · et Christus salvator mundi

dicitur et consuetum. ¶ Hoc ewangelium narrat · quod cum
dominus diu predicasset in capharna
um civitate nobili et magna · et virtu
tes multas fecisset · voluit venire ad
predicandum in aliam civitatem parvam que
vocatur naym · et est in galylea. Na
ym interpretatur motus · per quod duo possumus
accipere. ¶ Primum est quod non solum in mag
nis civitatibus · et populosis · sed etiam
in parvis predicandum est · aliquando enim maior
fructus fit in parvis · quam in magnis.
¶ Est quod semper fit motus aliquis in
cordibus hominum ad penitenciam in adventu
predicatoris · quia dominus dat voci sue · id est pre
dicatoris · vocem virtutis · ut numquam predicatoris vox
prestatur sine aliquo fructu. ¶ Et dum
sic ireret dominus associabat eum discipuli
· et turba multa virorum · ac mulierum.
Sciendum est quod naim distabat parum a
capharnaum · et tanta multitudo se
quebatur eum · tum ut exhiberet ei re
verenciam et honorem · tum ut audiret
eius predicationem · tum ut ad novum mi
raculum videret. Et dum sic associatus
appropinquaret porte civitatis naim · Ec
ce quidam mortuus · Ecce quidam mor
tuus iuvenis efferebatur in lecto ad sepul
chrum. ¶ Audiat hoc iuvenis · et expectes
certam mortem · quia pauci sunt · qui ad senec
tutem perveniunt · in templo sunt enim qui
iuvenes moriuntur quam senes. Et hic de
functus erat unicus matri sue · quam asso
ciabat magna multitudo populi · tum propter
passionem · quia tristis et desolata rema
nebat. Tum propter eius bonitatem · quia ma
trimonia [illegible] pacifica et
devota deo existebat. Tum propter consola
tionem · qui voluit non solum eos quos
diu paravit · sed et in ceteros alios vite ma
tutinum quod futurus erat · unde sic multi es
sent testes miraculi · et multi laudato
res dei. ¶ Et in exeuntibus de civitate omnibus
dominus videns respiciens lacrimas effun
dente · et sedens lavacione · et gemitum pau

cientem. unica motus est super eam. Ha-
bebat hec mulier completam causam. Na-
erat vidua. perdiderat seculi honorem.
et depositis vestibus et ceteris signis le-
ticie preindicabat insignia tristicie. Se-
cundo erat orbata filio. perdiderat suum
solatorem. defensorem familie guberna-
torem. Quia destituta viri et filii au-
xilio. remanserat absque omni solacio. Er-
rat enim hic defunctus sibi unicus. non
parvulus sed adultus. non preterius (?). Et
sibi dilectus. Et ideo revolvens in pectore
replebatur dolore. non cessabat flere.
et anxiabat clamore. Et ideo dominus mo-
tus misericordia. dixit ei. Noli flere. Scito
quare. quia statim lacrima tua vertetur in gau-
dium. et quem ploras defunctum. statim ha-
bebis vivum. Dolor tamen eius cumulatur
ex .iiij^or^. Primo ex eo quod erat mulier. quod erat
mater. quod erat vidua. mater. que erat vidua
mater. Be. in iacobo devorata (?). Tunc mulier
statim solvitur. et verbis domini firmiter credi-
dit. Domini non solum feretrum in quo iacebat
defunctus tetigit. et qui portabant vir-
tute domini sedentes steterunt. et lectum de-
posuerunt. et omnes qui aderant siluerunt.
Iuvenis forte nobilis erat. non erat
pannis involutus. nullus consutus. sicut con-
suetum mortuis est. Sed ad modum viven-
tis indutus. et facies discooperta ei erat.
tunc dominus locutus est viventi. non sicut
mortuo. sed sicut viventi dicens. Ado-
lescens tibi dico. Sed hodie dicit dominus unicui-
que peccatori. Surge. Primo a peccato. quia si in illo
tenueris vix et numquam ab illo recedes.
Nubi. adolescens unius sua. Di-
cendum est quod iste mortuus signat peccato-
rem in peccato mortali existentem. cuius anima spiri-
taliter mortua est. Ezechiel. Anima que
peccaverit morte morietur. Mors na-
turalis corpori confert. hoc facit peccatum anime.
contra gratiam. Mors separat animam a corpore. quod
est vita ipsius. Sic peccatum ab anima
deum. sive dei gratiam. que est vita eius

augustinus. Vita corporis anima. vita anime est
deus. Item aufert a corpore omnem deco-
rem et formam. sic peccatum ab anima. Trenorum.
Egressus est a filia syon omnis decor eius.
et in terram. ut deus querat iudicio (?). Cu-
ius est ymago hec et quid. Tertio reddit cor- mors.
pus abhominabile omnibus. Sic peccatum
animam coram deo. abhominabilem facit. Sicut Nō
dicitur est in peccato que dicitur quod dimittitur cor-
pus fetidum. super omnem fetorem in tan-
tum ut nullus cum eo possit habitare. Sic
peccatum animam facit fetere. et ideo in infer-
no pleno fetore sulphureo punietur.
hoc facit corpus tradi vermibus ad
corrodendum. sic peccatum animam ipsius. Scilicet
te seternum tynea (?). Item sicut ip-
sum corpus portabatur a quatuor ad sepelien-
dum. sic sunt quatuor peccatores maledicti qui
portant animam ad sepulturam inferni.
Primus est amor inordinatus circa
presentes. divicias. et carnis delicias.
Secundus est timor pusillanimis. quo quis timet
a recedere (?). et penitenciam non posse portare.
Tertius est spes maledicta. qua quis sperat
se longo tempore vivere. et in fine penite-
re. de qua dicitur in ecclesiastico. Spes nequissima
multos perdidit. Quartus est verecundia. de qua dicitur
in ecclesiastico. Est confusio adducens mortem. Hy
omnes peccatores sunt omnino cavendi. Sicut
cum dominus vocasset iuvenem dicens. Tibi dico
surge. Ille statim oculos aperiens. et pala-
te faciem ostendens. erexit se in lecto. et cepit
sedens loqui. Sed quid dixit non est scriptum. cre-
dendum tamen est quod ipse primo dominum laudavit
et christo gratias egit. Et tunc dominus accipiens
eum per manum. dedit illum matri sue. quasi di-
cens cognosce. quod ego sum ille qui te suscitavi.
et omnes resuscitabo in fine mundi. Sic
aperte innuitur quod solus christus peccatorem a mor-
te culpe suscitat. et cum matri ecclesie reco-
ciliat. a cuius gremio et participacione re-
cesserat. Omnes autem huius miraculo presentes
ciati. valde timuerunt. id est vehementer ad-
mirati sunt. Tunc pro mirabilem novitate

Marginalia: nō (left of "mater. Be. in iacobo…"); dico tibi surge (left of "lescens tibi"); Nō (right margin, lower); qm (right of "cesserat. Omnes autem…"); [illegible] (four small lines of notes in the right margin beside "animam coram deo…")

Cum per christi pietatem et benignitatem. Et
excitati a spiritu sancto omnes tam pueri quam mag-
ni mulieres quam viri una voce clamaue-
runt. Quia propheta magnus surrexit in
nobis. id est hic est ille propheta qui promissus
est in lege moysi. mittendus a deo ad
saluandum mundum. Et est magnus
super omnes alios. sapientia. clementia. et po-
tentia. ¶ Et addiderunt verbum. quia deus
visitauit plebem suam. scilicet mittendo istum
sicut magistrum ad erudiendum plebem
medicum ad sanandum. amicum ad consolan-
dum. Et certe qui tunc visitauit visi-
biliter numquam non cessat visitare inuisibiliter
et spiritualiter. modo per predicationem modo
per consolationem. modo per tribulationem. etiam
aliis multis modis. Rogemus ergo dominum
ut qui hunc reduxit ad vitam corpora-
lem. nos reducat ad vitam spiritualem. que
est vita gratie. et tandem perducat ad vi-
tam glorie. qui est benedictus in secula seculorum
amen. ... Feria sexta. fe. vi

Erat quidam languens lazarus etc.
Io. xi. In proxima solent homines
colere homines libenter audire qui predicant
de christi pietate peccatorum reconciliatione et iu-
stificatione. de hiis duobus plenissime
agitur in ewangelio hodierno. sub exemplo laza-
ri resuscitati a domino iam fetentis in mo-
numento. et hoc melius apparebit. si ewangelii
hystoria recitetur. que talis est. ¶ Cum christus
quadam vice in ierusalem predicaret. et inter
cetera diceret. Ego et pater unum sumus. iudei
ipsum cum discipulis lapidare voluerunt. Sed
ipse de manibus eorum euadens abiit trans
iordanem in bethaniam. apud eundem scilicet iuxta
salim oppidum. ubi olim melchisedech
regnauit. Ubi quiescente domino cum disci-
pulis. lazarus frater marthe et marie
infirmatus est citra iordanem in iuxta
montem oliueti non ab ierusalem longe scilicet
stadiis xv. Et est magis distans inter v-
tramque bethaniam. quia una dieta secundum
quosdam ¶ Sunt ii. ut iam tactum est. due
bethanie. secundum glosam. Una trans iorda-
nem. et alia citra. Et quia infirmitas laza-
ri erat grauis. sorores sue per nuncium
miserunt christo dicentes. Domine ecce quem a-
mas infirmatur. nichil aliud ei dice-
tes. quia sufficit amanti nunciare
necessitatem amati. ¶ Sed queritur quare
non venerunt personaliter sicut regulus
et centurio. Ad hoc respondetur. Crisostomus quia de he-
mitate(?) de christo confidebant. et ideo sperabant
quod per nuncium faceret quod petebant. ¶ Vel secundum
quosdam quia a luctu detinebantur et circa fra-
trem seruiendum occupabantur. ¶ Vel secundum theophilum
quia non decet mulieres de facili exire.
¶ Aliam questionem facit hic augustinus. Quare
non dixerunt. veni sana vel iube et hic
fiet. centurio dixit. tantum dic verbo. Sed tantum
dixerunt. Ecce quem amas infirmatur. Et
respondet augustinus. amanti tantum insinuandum fuit
non autem mandandum(?). Vel potest dici quod ideo sani-
tatem fratris non petiuerunt. sed christi volun-
tati commiserunt. quia sciebant quod magis saluti
fratris expediret scilicet utrum sanari vel mori.
Et cum nuncius retulisset ambasiatam fratris
coram discipulis ait illi. Vade et dic
eis. Infirmitas hec non est ad mortem
sed pro gloria dei. ut filius dei per ipsum glori-
ficetur per ipsum. Sed videtur quod dominus non verum
dixerit. nam lazarus ex ipsa infirmitate
mortuus est. sicut statim sequitur. Quid(?)
ergo non fuit ad mortem. Respondeo. Non ad
mortem detinendam. sed potius ad mira-
culum. per quod multi crederent. Et dicit
ewangelium quod hec verba consolatoria mi-
sit illis sororibus. quia eas diligebat et
etiam lazarum fratrem earum. Cuius dilec-
tionis duplex erat causa. Una scilicet fi-
des caritas et bona fama. alia quia
sepe hospitabatur et comedebat in
domo earum. ex quo familiaritatem et
dilectionem contraxerat cum eis. ¶ Sequitur
quod recedente nuncio christus in eadem(?) ma-
sit in loco in quo erat duobus diebus.
quousque scilicet lazarus ex spiritum emisisset. se

pultus iaceret. atque feteret. et sic
miraculum clarius appareret. Deinde dixit
iterum discipulis suis. Eamus in iudeam. id est in
ierusalem. et in partes illas. Quo audito
discipuli timentes dixerunt. Magister adhuc
modicum tempus est. quia iudei uole
bant te lapidare. et propterea fugisti. et
modo uis redire illuc. ut te occidant. Ac
si dicerent. Consilium tibi hoc dicimus propter duo. primo
ne magistrum quem diligebant occiderent. adhuc
enim erant modice fidei. Unde nolebant
eum mori. Secundo propter se. quia timebant si magister
occideretur. quod et ipsi quererentur ad mortem.
Sed dominus confortauit eos dicens. Nonne duodecim
sunt hore diei. Si quis ambulat in
die non offendit. quia lucem huius mundi uidet. Voluit
sic dicere dominus. Ego sum lux illuminans mun
dum. et uos sicut duodecim hore. que illumi
namini a die. et sequimini diem. id est dies horis
Videtur quod tunc fuit equinoctium. Si ambu
laueritis in die. id est presentie fruitis illuminati
lumine fidei. non offendetis. et non cadetis
in aliquod periculum. Vel uoluit dicere. Sicut mu
tantur hore. sic affectus hominis. Unde for
te non perseuerant in illa uoluntate. Qui
non ambulat in nocte infidelitatis. cadit
in terrore. et peccatum. quasi diceret dominus. Ego de
beo uos precedere. uos me sequi. Et quam
diu mecum fueritis. non timeatis. Disci
puli uero non intellexerunt. quod uellet dicere
dominus. et ideo tacuerunt. Tunc dominus di
xit eis. Lazarus amicus noster dormit.
Illi autem credentes quod super hoc recipis
set nuntium nouum. et quod de dormitione cor
poris hoc diceret. dixerunt omnes. ac si es
set medicina. Si dormit saluus erit.
quia dormitio solet esse infirmis causa
salutis. Magna ruditas discipulorum credebant
quod uellet facere iter longum ut excitaret
dormientem. Sed quare dominus mortuum dor
mientem dixit. Ideo propter spem resurrectionis
quia sicut speramus quod dormientes resur
gant. ita quod mortui reuiuiscant. Thes
sa. iiii. Nolumus uos ignorare de dor
mientibus. id est propter facilitatem resuscita
tionis. Sicut dicit Augustinus. Ita facilius
deus suscitat mortuum. sicut homo
dormientem de lecto. Et plus dicit quia mi
chael laborat ibidem. propter meliorationem.
Sicut enim dormientes surgunt meliora
ti sic suscitati in melius meliorantur.
Cor. xv. Seminatur corpus animale
surgit spirituale. Seminatur in corruptione
surgit in incorruptione. Tunc dominus
dixit eis manifeste. Lazarus mortuus
est. et gaudeo propter uos. quia non e
ram ibi. hoc est. ut essetis magis firmiores
in fide. et crederetis quod nichil me lateret. quia
cum sim deus. Gaudeo quia non eram sec
sitatis. etiam absens scio quod mortuus
est. Et hijs dictis statim surrexit. Eamus
omnes ad eum. nec dixit. eamus ad uisitan
dum uel consolandum sorores. Sed intellige
bat ad eum suscitandum. Discipuli au
dientes quod uellet adhuc ire in iudeam ita
fuerunt territi. quod nichil potuit inducere.
Sed unus ex eis. scilicet Thomas. qui er
at audacior. et in amore christi ferue
tior. ait ad condiscipulos. Eamus et
nos post eum. quasi diceret. Si contingat eum
occidi. tunc melius est nobis mori cum
eo. quam uiuere sine ipso. O quam bonus disc
ipulus. qui potius eligebat mori cum
christo. quam uiuere sine ipso. Cum autem uenis
set iuxta bethaniam. nuntiatum est mar
the quod dominus ueniret. et in porta castelli.
et procidens ad pedes eius dixit. Domine
si fuisses hic frater meus non fuisset mor
tuus. quasi diceret. Ubi tu es uita omnium. ibi
mors esse non potest. et in aduentu quia in presen
tia tua abiit mors. Et certe si fuisses hic
et uidisses amicum tuum in tanta infir
mitate iacere. lacrimas sororum eius deuo
tarum pro ipso supplicantium. Totam fami
liam plorantem. et ad pedes tuos humi
liter procumbentem. non potuisses te conti
nere. quin sanasses eum. qui sanasti
uniuersos modo tua pietate omnes infirmos

et ipsa statim obuiam illis omnibus statim occurrit ei quem inueniente?

tibi prout eratum · tum scio · quia quodcumque pop
scis a deo · scilicet prece tuo dabit tibi · ¶ Volu
it hec mulier dominum habere gloriam · Nescio
quidem resuscitacio sit utilis fratri meo · sed tu
hoc scis · et id in arbitrio tuo relinquo · quia
potes eum suscitare · et in morte relinquere
vel dimittere · Cui dominus dixit · resurget
frater tuus · Et quia non dixit quando · Martha vero
hoc in terra dicet te promittere an in fine generali
resurrectione · et volens certificari de hoc ad
iecit · Domine scio · quod ipse resurget cum omni
bus aliis in novissimo die · quasi diceret · si non est hoc
nescio · ¶ Dominus autem volens confirmare fidem
propter quod mereretur fratris suscitationem · dixit ei
· Ego sum resurrectio et vita · quasi diceret · Tu
dicis · frater tuus resurget in novissimo die · sed
nec et ego tibi plus · quod omnis qui
credit in me · etiam si mortuus fuit ·
sicut modo mortuus est · frater tuus
· vivet · scilicet post mortem corporis anima eius
¶ Item quod omnis qui modo vivit et cre
dit in me · non morietur in eternum · hoc est
et si moriatur ad tempus secundum corpus
non morietur in anima in eternum · sed cum deo
vivet semper donec resurgat corpus
et anima in novissimo · Ecce magna conso
lacio deo servientium · quia et si moriantur
secundum corpus ad modicum anime tamen
ipsorum cum deo semper vivunt · et cito resument
corpora sua gloriosa incorruptibilia · et clari
tate et in eternum victura · ¶ Et cum do
hoc dixisset · interrogavit eam si hoc
crederet · dicens · Credis hoc · at illa fide quam
habebat in corde ore confitens ait · Utique
domine · scilicet credo · quod quod dixisti · Et ut omnes sci
rent scientiam quam habeo de te · dico quod credo
· quia tu es filius dei vivi · qui in hunc mun
dum venisti · scilicet ad mundum redimendum
et salvandum · Et cum Martha verba sua
complesset · dixit ei dominus · Vade voca so
rorem tuam Mariam · Et illa cito vadens
silencio · id est sub nulla voce vocavit eam
dicens · Magister adest · et vocat
te · Illa autem in continenti surgens venit

ad eum in loco ubi Martha dimiserat
eum · non dum enim appropinquaverat domum eorum
¶ Multi autem iudei qui venerant a consola
dum eas · credentes quia iret ad monumentum
ut fleret post eam ierunt · Maria autem
ut appropinquaret ihesu · cecidit ad pedes
eius · et dixit · Domine si fuisses hic · etc.
· Eisdem verbis usa quibus et soror · et
quod eodem spiritu loquebantur · et quod hoc frequenter
dicebant in planctu eius · ut ex hoc
innotesceret quod fides earum erat una · Et
cum hoc dixisset · cepit flere fortiter · ¶ Ihesus
autem videns eam plorantem · et iudeos
qui cum ea venerant · fremuit spiritu et
turbavit seipsum · id est ostendit se condolere
· et compati eis · facie · et motibus corporis
· sic · et nos debemus facere · si aliquem vo
lumus consolari · secundum Gregorium · Et dixit · Ubi
posuistis eum · Et duxerunt eum ad monu
mentum · Dominus vero iterum suspirans · dixit ast
antibus · Tollite lapidem · Et martha
respondit · Domine iam fetet · quatriduanus enim
est · Hec mulier incerta · utrum dominus
fratrem suum resuscitare vellet · et cre
dens quod solum eum vellet videre · sciens
quod in motione lapidis · magnum exalare
fetorem de monumento · et ne dominus ex
hoc gravaretur dixit · Domine iam fetet · quasi
diceret · Non expedit ut aperiatur monumentum
· aut videre defunctum · quia ex hoc nichil
habebimus · nisi fetorem magnum · ¶ Et
dominus reprehendens eam dixit · Nonne
dixi tibi · quia si credideris · videbis gloriam
dei · scilicet in resuscitatione fratris tui · quia nullus
potest suscitare · quia nullus potest suscita
re nisi solus deus · ¶ Astantes autem
ad verbum christi tollunt lapidem · quia forte
alias viderant miracula eius · Et ecce
apparuit corpus lazari pannis involutum et ver
mibus plenum · terribile ad videndum · omnes
provocans ad fletum · maxime qui viderant
eum in flore iuventutis · et habundancia deli
ciarum divitiarum · Aliqui tamen ex iudeis et
sequaces pharisei · id est scribe · invidentes christo · in omnibus

apibus suis. et timentes ne hoc face
ret miraculum quod multum divulgaretur.
cum per sui eminentiam cum per nobilitatis et
nominis dixerunt. Non poterat iste facere ut
hic non moreretur. qui aperuit oculos nati o
culos. quod dolentes de tanto miraculo et cetera.
Dominus autem videns lazarum sic iacente
levatis in celum oculis dixit pater tibi
gratias ago. quia audisti me. Ego autem
scio quoniam semper me audis. sed propter populum
qui circumstat hoc dixi. ut videndo hoc mira
culo credant quod me filium tuum in hunc mun
dum misisti. Non dixit hoc eo quod indige
ret orare. sed ut ostenderet se cum deo concor
dem quia iudei dicebant quod virtute
demonis miracula faciebat. Et statim
voce magna clamavit dicens. Laza
re veni foras. Attende quanta fecit
dominus in suscitatione istius. Nam suspira
vit. ploravit. lapidem removeri fecit.
Oravit et fortiter clamavit. Signum
quod peccator sub lapide consuetudinis iacens
difficile surgit. tamen per magnam dei vo
cem suscitatur. id est per magnam dei misericordiam et
ad gratiam iustificatur dum penitet. Plora
vit christus ut se verum hominem esse ostenderet
secundum theophilum. Et quia cogebatur la
zarum suscitare ad istum miserum mundum
secundum idem. Sequitur quod ad vocem domini la
zarus qui iacebat mortuus statim
prodiit. id est in pedibus se erexit et de mo
numento saliens extius coram deo ste
tit. et fuit hoc grande miraculum quod homo
sic ligatus potuit se erigere de mon
umento prosilire et sic extius stare. Sed
quia ligatos habebat manus et pedes
pannis et ciglis et faciem velatam su
dario. nec ambulare nec loqui poterat.
Ideo dominus dixit discipulis. Solvite eum et
sinite abire. Statim vivum et sanum et
de pietate morte liberatum. In hoc facto 3a
nobis insinuantur. Primum est quod qu
ando peccator in peccato iacet hic omnes sen
sus ligatos. scilicet oculos manus ligatas

petes. ita quod nichil intuitum operari potest.
Tertium est quod peccator de monumento id est de fetore
peccati exire non potest nisi prius deus sua
pietate lapidem duricie a suo corde remo
veat. et eum voce magne gratie ad cordis
contritionem et penitentiam vocet. Ro. benigni
tas dei ad penitentiam te adducit. Tertium est
quod peccator quamvis per contritionem cordis sit vi
vus absolutus a culpa debet nichilominus
extius absolvi a pena et restitui per
sacerdotis absolutionem gremio sancte matris
ecclesie. et suscipere monita satisfactionis
debite. et insignita sancte penitentie sicut est
ieiunium orationes et cetera. Secundum magistrum hy
storiarum hoc miraculum creditur factum ex ea
die qua hoc ewangelium legitur in ecclesia feria vi.
ante istos sunt dies. prima scilicet mensis primi.
Sequitur quod multi qui presentes erant in
illo miraculo conversi sunt ad fidem et
crediderunt in christum. Sic et hodie quando mi
sericors christus tangit cor alicuius peccato
ris. et convertit eum ad penitentiam debent se
totos commovere et eius exemplo confugere
ad dei misericordiam per penitentiam. et discedere ab
hominacione peccati et societate diaboli. et
transire in familiam dei ut sic efficiantur
digni pervenire ad celi gloriam. ad quam
nos perducat qui sine fine vivit et reg
nat amen. Sabbato sermo primus

Ego sum lux mundi. Jo. 8. Quia dominus
noster ihesus christus pro peccatis nostris laudis
magnam penitentiam fecerat in deserto et
postmodum penitentiam predicaverat. et pa
pulos eam predicari mandaverat. id cir
co ut nullus eam contempnat. sed eam assu
mere studeat. docet in ewangelio hodierno ostendit
quod ipse sit dignitatis et potestatis. id est quod ea
instituit. et eam hominibus commendavit. et
facientibus promisit regnum celi. contemp
nentibus penam eternam. quia est filius dei.
lux mundi et iudex seculi. Dicit ergo. Ego
sum lux mundi. id est deus verus. Nam deus
lux est. et tenebre in eo non sunt ulle. Lux
mundi. id est illuminans corda hominum. scilicet lu

nitie gratie. fidei vere cognitionis divine.
Illuminans exterius omnes homines per do-
ctrinam tam salutaris doctrine per exemplum
bone et sancte vite. et per opus omnium po-
tentie quod apparet in miraculis. que fecit in multitudine
facere miracula opus est divine potestatis et
supra naturam. et multa talia opera fecit. Jo.
Io. Nemo potest hec signa facere que tu facis
et cetera. quia sum deus de deo. lux de luce.
filius dei de patre deo. qui sequitur me non
ambulat in tenebris. Hoc est dicere. Qui
sequitur doctrinam meam. et imitatur vitam meam
que tota est exemplar perfectionis. quia est sine peccato
reprehensionis. et est in austeritate. humilitate
paupertate. oratione. devotione. proximorum com-
passione. et inimicorum dilectione. hic non am-
bulat in tenebris ignorantie seu culpe
sed habebit lumen vite. id est gratie in presenti et lu-
men vite eterne in futuro. et ideo Bernardus dicit.
Gloria magna est sequi dominum. Ecce in-
genua bonitas domini qui invitat servos
ad conformitatem vite sue. ut digne
possit eos remunerari premio vite eter-
ne. Sed maior est iniquitas et perversitas
servi qui dedignatur esse sicut dominus eius
et ideo non habitabit in atrio eius. Et
non quia tria sunt que nos inducunt ad sequendum
seu imitandum salvatorem nostrum. Primum
est ipsius benignitas. qui cum posset sicut
deus precipere et cogere nos ad sequendum eum.
ipse tamen rogat et benigne invitat. Secundum
est ipsius largitas. quia sequentibus se promit-
tit illud quo nichil potest melius cogitari
aut haberi. scilicet gratiam in presenti. et gloriam in
futuro. ps. Gratiam et gloriam dabit dominus.
Tertium est necessitas. quia qui eum non seque-
retur tenetur velit nolit ad infernum
properat. Qui vero eum sequitur non errat. se-
cure ambulat. et cito perveniet ad fi-
nem quem desiderat. Item debemus sequi eum
maxime in tribus. in prime humilitate. in
caritatis dilectione. et tertio vero paupertatis sub-
portatione. Item debemus eum sequi velociter
vacando. alacriter. fiducialiter. et inseparabi-

nota

Item debemus eum sequi sicut strenuum et fidelissimum ducem. clementissimum regem. splendidissimam lucem.

liter. Sequitur quod pharisei audientes verba
domini. unde debuerunt illuminari. sunt exce-
cati. fiunt enim sicut noctue. que de luce
excecantur. Unde dixerunt. tu de te ipso testi-
monium perhibes. testimonium tuum non est verum
id est non est recipiendum. quia tu es solus. et
testimonium unius testimonium nullius.
hoc dicebant ut verba eius vituperarent.
Sed dominus licet potuisset eis dicere. Immo
Iohannes quem vos reputatis sanctum. michi testi-
monium perhibuit quod sum filius dei. tamen hoc
obmisso dixit eis. Et si ego testimo-
nium perhibeo de me ipso. testimonium meum
verum est. quia scio unde veni. quia a
patre missus sum. et scio quo vado. quia
cito per mortem et passionem ad patrem
redeo. Et ideo michi sicut deo credendum
est. Vos autem nescitis unde venio
quia ignoratis quod a patre missus sum. et
nescitis quo vado. quia ignoratis quod
ad patrem sum ascensurus. et hoc est quia
vos iudicatis secundum carnem. id est secundum
exteriorem apparentiam. sicut cum quia me purum hominem
estimatis. Cum de sua laude est creden- nota
dum. Non omnis laus in proprio ore sordes-
cit. Ego autem non iudico quemquam. secundum
carnem. scilicet modo non primo adventu in
quo appareo purus homo secundum carnem
qui non veni modo iudicare mundum sed ut
quod perierat salvarem solum. Et si ego iudico.
quod erit in secundo adventu. iudicium meum
est verum. quia solus non sum in testimonio sed ego et
pater meus qui misit me. meum est. Sed
et in lege vestra a deo data scriptum est
quod duorum hominum testimonium verum est. Et si duo-
rum hominum testimonium verum est. multo
magis divinarum personarum et mei. quia ego testimonium
perhibeo de me. pater meus opere. Unde infra
dicitur. pater in me manens ipse facit o-
pera. ego testimonium meum et iudicium
meum verum est. quia duarum personarum. scilicet
patris et filii. nec propterea excluditur
persona spiritus sancti. quia una operatio est
patris et filii et spiritus sancti. Sed quia tu dices se

plex in fide · obediens in preceptorum ob
servatione · et humilis in peccatorum confessione ·
devotus in oratione · assiduus in operibus pe
nitentie · fervens igne caritatis in corde ·
studiosus in operibus misericordie · frequentans sa
cerdotum limina · cupidus audire missas
et sollempnia · et sacri predicatoris verba ·
Unde scit tibi dominus in celo testis et in
terra in bono · quia tres sunt · qui testimonium
dant in celo · pater verbum et spiritus sanctus · et
hii tres unum sunt · id est in unum convenient
· scilicet ut animam tuam commendent coram celesti curi
a · et coronent eam honore et gloria ·
Iudei autem admirati · quia dicebat quod iste se
patrem habere invisibilem · et cum viderent eum
hominem · dicebant ei patrem suum dixe
runt · Ubi est pater tuus carnalis · Fu
it iuvenis et est senex · vel vivus · non
mortuus · fuit dives · et est pauper · et
ita de aliis · sic erit de te · Item ubi est pater
tuus · scilicet celestis · In solo corde esse ubi ipse
est · Philippenses 3° · nostra conversatio in celis est · Quo
niam autem non respondit eis ad interroga
· sciebat · id est quod ex visione sua non profi
cerent · sed deteriores fierent · Et ideo dixit
eis · Neque me scitis neque patrem meum
· si me sciretis et cetera · quasi diceret · Preterea non es
tis digni audire ubi sit · a quo sit
pater meus · Et sequitur quod hec verba lo
cutus est dominus in gazophilacio in templo
ubi convenerant iudei · ad tractandum
de verbo domini · et de hiis que spectant ad
honorem dei · Iudei non cogitantes quod
Christus eos respiceret · et invidentes quod ipse se
super homines exaltabat · deliberaverunt a
pud se comprehendere eum · et nullus potuit
extendere manus in eum · quia sicut dicit
evangelium · Nondum venerat hora eius · scilicet
qua disposuerat pro nobis pati · Sicut
enim conceptus est eo tempore quo voluit
· et non sic comprehendi · crucifigi · et mo
ri potuit · quando voluit · et non aliter · De
Ego sum lux mundi · beata virgine sermo
Secundum Augustinum tanta est unitas

capitis ad membra · et membrorum ad ca
put · quia aliquando caput sumit personam membro
rum · secundum illud · Saule Saule quid me persequeris ·
Aliquando membra notant ex persona capitis ·
secundum illud · Nolite tangere christos meos
Multo fortius tanta est unitas inter
virginem · scilicet gloriosam · et filium eius Christum ·
quia illud quod de filio dicitur · potest de matre di
ci · unde verbum propositum · scilicet Ego sum lux mun
di · licet dictum sit de filio · tamen et matri congrue
potest convenire · Est igitur Christus lux mundi
que illuminat non illuminatur · Et mater lux
mundi · sed quia illuminatur a filio · et quod il
luminat mundum · et ideo assimilatur stelle ·
Qualiter autem ipsa sit lux mundi · Salo
mon admirando ostendit dicens · Que est
ista que progreditur quasi aurora consurgens
et cetera · Ecce qualiter est lux mundi · In mun
do enim sunt quidam tribulati · quidam temp
tati · quidam peccatores · et quidam iusti ·
Ipsa igitur peccatoribus est sicut aurora · quia
eis dat radium lucis misericordie · Iustis sicut
sol · quia dat eis radium lucis gratie · Tri
bulatis est sicut luna · quia dat eis
radium lucis consolationis · Temptatis
sicut acies castrorum · terribilis · quia demo
nes expellit fulgore maiestatis sue ·
Primum igitur est peccatoribus sicut auro
ra · quia dat eis radium misericordie · Sicut
enim aurora tenebras expellit · et lucem ad
ducit · sic ipsa eius nocte culpe a pec
catoribus expellit · et dat lucem gratie · ideo
vocatur mater misericordie · Dominus enim dedit sibi facul
tatem omnis misericordie · de quo non est ava
ra · sed multum liberalis et larga · Secundum illud
Proverbiorum · Manum suam aperuit inopi · et
palmas suas extendit ad pauperem · Si esset aliqua domina
que ad pauperes semper manus extenderet
· et manus apertas teneret · et ipsas ple
nas haberet · multum liberalis esset · per istum
modum loquitur Salomon de beata virgine · Te
net enim brachium extentum versus peccato
res · quia eius misericordia ad omnes miseros ex · vult
tenditur · Tenet manum eius apertam · et

Marginalia (left margin): non · detinent · de beata virgine · ys

/ ubi est pater tuus · hanc questionem deberet
sic quilibet homo facere cottidie · et co
gitare

et nō clausa· quia manus nō diffi
cilit dat· & facilit. No· n· dñi invitat
se rogare sicut multi hñt· magnus ple
nas elyos· quia manus largiter dat
et habundant· et ideo debemus eam cor
de invocare et ave· Ipsa ergo ad
vocata· Secundo est tribulatis sicut lu
na· quia dat eis radium sue consola
tionis· Sicut enim luna habet virtutem hu
mare· sic et beata virgo sup tribulatos et
amaricatos· Et sicut luna lucet in
nocte· sic et ipsa subvenit tribulatis· non
mirum si ipsa lucet tribulatis· et obscura
tis· quia etiam ipsa fuit tribulata· et ideo scit
in tribulationibus compati et misereri· Sm
aug'· Luna eplie obscuratur aut quando
vacua· aut quando nube tecta· aut quando est eclyp
sata· Beata virgo in hac vita hu
it tres tribulationes· Una quando herodes
puerum occidere voluit· et ipsa in egyp
tum fugit· Tunc enim omni consolatione lu
na fuit vacua· Que enim sibi esse po
tuit consolatio quando ipsa puella delicata· que
partu recenter surrexerat in terram longin
quam p vias asperas fugere cogebatur· que
puerum sic tenellum p vias longas sic
cogebatur circumferre· quem mox p violatis
cogebatur mavere· Secunda tribulatio fuit
quando filium suum amisisse credidit· timens
ne in manus hostium devenisset· vel
ad convertendas longinquas gentes acces
sisset· vel ad patrem celestem· sine redemptione
humani generis redisset· et tunc fuit nu
be tecta· quia obscuritas doloris et
tristitie eius animam occupavit· Unde ipsa
dixit· Pater tuus et ego dolentes querebamus te
Tertiam tribulationem huit in filii pas
sione· et tunc fuit eclypsata· Luna
vero quando eclypsatur· tota sagnolenta videtur
Et ipsa in passione fuit gladio dolo
ris vulnerata· scdm illud· luc· ii· Et tuam ip
sius animam etc. Johel· ii· Sol conver
tetur in tenebras· id est p mortem· et luna
in sanguinem· id est virgo maria p dolorem·

Quarto est iustis sicut sol· quibus mittit
radium gratie· Illuminat enim eos p ex
emplum· et p beneficia· p exemplum quia
ipsa est velud quoddam speculum· in quo de
bemus nos speculari eius vitam opera et
virtutes· consuetudo de eius vita scri
bit Jeronimus· d· quod a mane usque ad tertiam o
rationi vacabat· postmodum ab oratione
surgens a 3a usque ad 9 operi manuum
instabat· postea intermittens opera ma
nuum· tamen ad orationes redibat· et in
de nō recedebat donec angelus veni
ret· qui sibi cibum ministraret· et cum quo
conversationem suam habebat· Ex hiis habemus
ut in certam ordinem et operationem· et
librum tu miris anglicis conscendimus·
Lucet etiam p beneficia sua de quibus ec
c· 24· Ego mater pulchre dilectionis et
c· Dat enim eis amorem vel dilectionem p
quam inflammentur· Dat eis timorem p quem
humilientur· Dat eis agnitionem p quam illu
minentur· Dat etiam eis sanctam spem p
quam expectant celestia eterna· Quinto tem
ptatis est sicut acies armata· quibus
dat radium sue defensionis· Est enim ter
ribilis eius nominatio· eius salutatio· et
eius laudatio· Numquam enim ipsam no
minari salutari et laudari audiunt
statim fugiunt· Quando dyabolus audit no
men eius· ita est intollerabile ei· ac si
sentiret clavam cum qua percuteretur· Num
24· Consurget virga de israel· et percu
tiet duces moab· Quando audit eius
salutationem· ita est ei ac si audiret to
nitruum quo terreretur· unde ps· Vox to
nitrui tui in rota· Tunc enim dyabo
lus insanus terretur et rotatur· Quando
audit eius laudationem· ita est ei· ac
si sentiret gladium quo iugulatur· hoc
figuratum Judith· 13· Ubi dicitur quod ipsa
cum pugione amputavit caput olofer
nis· Sive igitur gravemur a dyabolo sive
tyranno· sive corpe nō· ad ipsam recur
ramus· et ad ipsam appellemus· Ipsa e

nim est

q̄ de

omnes demones

rũ est dicta et augusta. Cũ obliuioni
sis omnibz suis. ad ipam appellare li
cet. theophilus enĩ deceptus a dya.
ad augusta appellauit 7 liberatus
fuit. ab eius tyranno. ad hester au
gusta appellauit mardocheus et mor
s castitatem reddidit l' concessit. Si 7
aliquis grauaret 7 iusticia dei. ad ip
sam appellet et iuuabit eum. Vn legit
i uita bti dunst'. q cũ xps ꝯ mundũ es
set iratus. virgo et dixit. Bone fili nõ
deles eũ eis age scdm tuã iusticiã. sz
scdm tuã miaz. et sic ille sitiam re
uocauit. Ro'. Dominica i passiõe dñi

Quis ex uobis arguet me de peccato. Jo
8. Potest sic incipe istd ewim.
In resuscitatione lazari. q fuit. fer. vi.
precedente istã dñica. pp q uocat
dñica de lazaro. apud sedarles. e re
suscitatiõis ca. multi conuersi fuerunt
ad fidem. ex quo principes sacerdotũ
conturbati sunt: sequenti die. sicut fuit
hr. fecerunt consiliũ. Vbi cayphas
dixit. Vos nescitis q' q'rit cogitat
tis. Expedit uob' 7c. Male dixit. sz
suã intencõem. Et cũ ius hoc consiliũ ha
beret decretũ. xps tn qui omnia scit p
sciuit et cognouit hoc ipm. et sequenti die
sicut est hodie. xps templũ ascendit
et dixit i predicatioe. q' tractatis me
occidere. Ml' pcciam feci. Et hoc est.
Quis ex uobis 7c. ¶ Vel potest sic incia
pe. h' dñica duobz nominibz appellat'
vnũ nomẽ imponit scã mater ecclia.
s. dominica de passiõe. nõ q hodie sta
fuit. sz quia post lazari suscitacõem
fuit ad morte sentenciatus. ut hr
Jo. xi. Et io hodie scã mater ecclia
ista incipit annũciare fidelib' passione
dñi. et continuabit usqz ad pasche 7
q' ita fuit. Nũc quidẽ annũciatio
tã longa. et tam continua fit. pp 3a.
¶ Primo ut sequamur mores ali
quorũ priũ. sicut iacob 7 moysi. qui

fleuerunt multis diebz. xps autẽ ma
ior fuit homo. qui vnq' fuit i uita
ista. scitate. dignitate. potestate. et io sua
mors. nõ tñ. xxx. diebz tn's esset
deflenda. et quia fletus iste nõ pot
fieri post morte eius. tũ statĩ sequat'
gaudiũ resurrectionis. io p'uenimus
saltẽ. xiiij. diebz. ¶ 2° ut illi qui alio
tempe nõ reducunt ad memoriã passi
one xpi. saltẽ mõ qñ audiunt eam
totiens recitari. hebant ea i memo
ria. Tal' enĩ memoria est vtilis. pp
multa. Primo q' peccatorem reuocat a pecc'.
amore eius inflamat. ad agenda
pniaz nos prouocat. hũdancia diui
ne cõsolacõis nobis insinuat. Via
eundi ad celũ nob' demõstrat. penitudine
amaritudine. et omnez dilectione dulco
rat. Om̃ peccatoz temptacõibz repugnat
timore dei in nobis generat. ad hũdã
humilitate. paciencia. pseuerancia. nos
informat. ad seruiendũ deo i magnis
et arduis. q' i tã dulci et vtili seruici
tio sumus nobis nos incitat. q'
magna sit glã celi. p qua nobis ad
quirenda xps tam grauiter passus
est. nos certificat. ¶ Et nõ q' sca mr ec
clesia. ut passio xpi. sit q' i memoria
nr'. q. recens. facit tria. ¶ Primũ est q'
signũ passionis xpi. i. crucẽ ponit i
medio ecclie. ut ingredientes statĩ leuan
tes oculos ad crucẽ. recordentur passio
nis xpi. sic ad cordis humilitate. et de
uotionẽ prouocent'. ¶ 2m est q' corp'
xpi i missa consecratũ. pplo ondit. q.d.
attendite hic est ille. qui p uob' pass'
est. quẽ nobis ondo in recordatõem il
lius dulcissime dilectionis. q' ipse nob'
in cruce ondere dignatus est. ¶ 3m est q' pe
nitentibz. p maxima ex tuore imponit. abstin
nencia ciborum. asperitate uestimentoz. la
bore orationũ. fatigacõem peregrinationũ
& huiusmodi corporal' afflictiõ. est. q. passio
nis representacõ. Cor'. Glose. et ptate.

dum in corpe viu͂o ¶ Sunt illi q̄ nō dū
assūpserūt curcem pniē · audito q̄ do
m̄r mortuus est ī cruce p p̄ctīs nr̄is
abluendis. festinēt assūere crucem
pnīe ut ī ea deleant p̄ctā sua. ¶ Aliud
nom̄ ꝓponit et declares · q̄ꝫ notauit ea
doctam de lazaro · cui ratio est dc̄a sup̄ · ob
cui resuscitatōe · dn̄s passus est. ¶ Dic
hystoria ewangelij. ¶ Narrat iohēs · q̄n
dā disputacōem · q̄ fuit int̄ xp̄ et iu
deos · et quia in ea xp̄s se affirma
bat filiū dei · uolebat eū iudei occi
de. s; nō ualētes tūc. hoc postea
ꝯtinue cogitabāt · Vn̄ dicit eis · q̄
dn̄s nr̄ p̄dicās iudeis · uolebat eos
eum docē se esse filiū dī · et q̄ se occiderēt ·
et peccores saluaret. ¶ Incepit aūt
sic · Quis ex uobis arguet me de
pcco · q̄r dixit p̄ dn̄o. ¶ Primo ut
ostēdet se omībꝫ sanctiorem · q̄ꝫ null
est ita sc̄us · qui saltem ī ꝑuis pec
catis nō sit rephensibilis · ¶ In hoc
ꝯ datur intelligi · q̄ uita p̄dicatoris
debꝫ ēē irrephensibilis · et magꝭ debꝫ
p̄dicarē uita q̄ lingwa · Quaꝛ · sic
dicit · Gg̊ · Plus mouēt exempla
q̄ u̇ba · ¶ Item q̄ quilꝫ xp̄ianus ta
liter debꝫ uiuē · q̄ nō posset argui · de
aliquo mortali crimine · neqꝫ a ꝯ
sciā · neqꝫ a deo · neqꝫ a dyablo · ¶ Si
cut iudei u̇bis suis fidem adherēnt
tanq̄ sc̄is · q̄ꝫ de ore eius sine pcco
nō p̄cedet nisi sc̄m u̇bum · neqꝫ u̇bū
nisi utilitate plenū · Et cū xp̄us
dixisset hoc u̇bum · et nullꝰ ꝯtradicere
scīuerit · Veritate dico · xc̄ · Hoc e
q̄ꝫ ego ꝟitas sum planū est · q̄ q̄cq̄ lo
q̄r totū est ꝟitas · Ergo q̄cq̄ loquit
ꝟ xp̄ianus totū debꝫ esse ꝟꝫ · ps̄ ·
Dn̄e quis xp̄ianus · s · habitabit in ta
bnaclō tuo · Et dn̄s r̄ndit · Qui lo
quit̄ ꝟitatē in corde suo · Ephē · lo
quīnī u̇itatem unusq̄sqꝫ xc̄ · Sꝫ et
mendacibꝫ dicit · ps̄ · Pdes om̄s q̄ lo
quit̄ mendaciū · Et q̄ nullꝰ eaꝫ · Sꝫ ut
ad illā h̄ni obsū · dn̄s reddidit eis ra
tōm · q̄r ipsi nō credebāt ei · Et dixit
Qui ex deo · i · qui filius dei est ꝑ gra
ciaꝫ · abstinēs a malo · et dō seruiēs
u̇ba dei audit · libent̄ · frequēt̄ · et reuerent̄
Et audit nō solū aure nature · Sꝫ ī
telligencie et obediencie · ¶ Propterea uos
nō auditis · q̄ꝫ ex deo nō estis · Hoc est
dicē · Ista est causa · q̄r nō libent̄ · nō
reuerent̄ · u̇ba dei auditis · nec ea ser
uare uultis · quia ex deo nō estis · i ·
filij dei · Sꝫ filij dyabli · cuꝰ ope · et uo
luntate facitis · ¶ Iudei nō q̄ ex u̇bis
dn̄i debebant corrigi · et ad bonū in
formari · fcī sunt deteriores · Et sicut mos
est disputanciū · cū ignorās disputat
cū sciente · q̄ꝫ cū nō sit uerꝫ · ꝯtradicere
q̄ in obprobriū et ꝯtumeliā erūpit ·
Sic ꝯ fecerūt cū xp̄o · prīu unus p oi
bus · Sic · nulla occasione hn̄s · Sꝫ
duo oppꝯ u̇ba ꝯtra xp̄m corā om̄ibꝫ
iudeis in ꝯtinēt · d · Nōne bn̄ dicimꝰ nos
i · alias diximꝰ · ꝯ nō ecīā · q̄ samari cxiiii
tanus es et demoniū habes · Sa
maritanus · i · ī sc̄us in lege · et pec
cator · samaritani qui nō sunt de po
pulo dei · et odis nos sicut samaritaꝫ
odiunt · In quo u̇bo sciēter mētiti s̄
sciebant enī xp̄m ēē iudeū nacōe · lo
cacōe · ꝯuersacōe · Sꝫ sicut iniqui · nō cu
rauerunt mētiri · dū mō eū uitupārent
ī pplō · Et demoniū habes · superbus es sic
dyablꝰ · faciens te equalē deo · q · d · ī
deo ē nō credimꝰ · q̄ꝫ es dyablo similis
¶ Ista duo u̇ba oppꝯ · dn̄s paciēter su
stinuit · Sꝫ ad primū quidē ꝟidet ꝑ z̄ta
¶ Primo quia bn̄ sciebat xp̄m ēē iu
dm̄ · Sꝫ iudaice et obꝑbiose uocaret
eū samaritanū · et nō curauit eos cō
tere ¶ Et quia iudei despiciebāt sa
maritanos · idō noluit negaē se ēē
samaritanū · ne ipē uideretur eos de
spicē · qui neminē despicit · q̄ nō ne

nit uocare iustos sed peccatores. Tercio ipse
erat samaritanus secundum significationem
interpretationem, id est custos, de quo dicit psalmista. Non
dormiet qui custodit israel. Ad tercium uero
breuiter et humiliter respondit dicens. Ego demoni
um non habeo, sed probat quia ego honorifico pa
trem meum, et uos dicitis diuinum verum quod il
lud non faceret si esset demoniatus. Hono
rifico patrem meum eius uoluntatem implen
do. Unde. Non ueni facere uoluntatem meam sed
eius etc. Gloriam eius annunciando et
nomen eius glorificando et de beneficiis ei
gratias agendo. In hac responsione honorifico
et cetera. Dat nobis exemplum dominus ut
ut iniurias nobis illatas patienter
portemus, eius precepta seruando et o
pera mire faciendo. Et continuat dominus
sic. Ego honorifico patrem meum et uos in
honorastis me, id est intulistis mihi iniu
riam, quia dixistis quod sim peccator sine le
ge dei ut demoniatus. Sed ego non
quero gloriam, id est in qua homines huius
seculi gloriantur. Est qui querat et iu
dicet, hoc est pater meus qui est in celo
ipsam requiret, id est intendit eam facere de
uobis tempore suo. Ergo exemplo Christi omni
dicam iniuriarum nostrarum deo reseruemus
qui dicit, Michi uindictam et ego retribu
am. Et cum Christus sic respondisset non cessauit
ad hoc attendendo sed dixit. Amen dico uobis
Siquis sermonem meum seruauerit non
gustabit mortem, mortem in eternum. Ser
mo dei triplex est quem ipse predicauit. Primus
fidei, ut credamus in filium dei, hoc est
ut credamus ihesum verum deum esse et homi
nem pro nobis passum et a mortuis resu
rrexisse, et uenturum ad iudicandum.
Jo. ut omnis qui credit in me et in ipsum non
peribit sed habebit uitam eternam. Secundus de
dilectione dei et proximi. Jo. 13. Hoc est p
receptum meum etc. Tertius est penitentie agendi.
Unde. Penitentiam agite etc. Iste triplex ser
mo ita est necessarius ad salutem, ut
si aliter non est saluus. Et quod hunc

fuerit

mone dei seruauit mortem id est eternam non
gustabit. Judei uero credentes eum di
cere de morte corporali turbati uehementer
dixerunt. Nunc cognouimus quia demo
nium habes. Nam per hoc tam impossibi
le quod probamus quia abraham cum locutus
est deus et prophete qui spiritu sancto sunt locuti
omnes mortui sunt, et tu sic audacter
dicis. Siquis sermonem meum etc. Nun
quid tu maior es scilicet patre nostro abraham
qui mortuus est et omnibus aliis p
rophetis qui mortui sunt. Quem te ipsum fa
cis, id est quem te ipsum reputas uel quem te esse
dicis. Uos tu forsitan maior deo. Cum
omnes isti seruauerint sermonem dei et tamen
mortui sunt. Isti tamen responsionem se
cundum litteram uidentur, quia nimis cito et sine deli
beratione responderunt. Debuerant siquidem di
cere Christo de qua morte intelligis tu, cor
porali an eterna. Sed de hac non cogita
bant, quia deus non timebant et sicut
ipsi ita et multi alii hodie enim homines
plus timent mortem corporalem quam eter
nam, quia in ipsa finitur ipsorum uita. Sed
quia iudei uidebantur exaltare abra
ham dicendo. Numquid tu maior es etc.
Dominus noster uidens uoles ostendere eis quod ip
se maior erat quam abraham et dixit.
Si ego glorifico me ipsum gloria mea
nichil est, hoc est quod dixistis quem te ipsum
facis. Et ego respondeo quod non glorifico me
id est non exalto neque magnifico me ipsum
sed est pater meus qui glorificat me id est
magnum et altum ostendit. Sed non dixit u
bi aut quibus uerbis aut factis glorificet
eum pater. Nos autem dicere possumus quod pater
glorificauit eum in baptismo quia tunc uox
de celo facta est. Hic est filius meus dilectus.
In oratione quam fecit coram gentilibus qui ue
nerant uidere et audire eum ubi dixit.
Pater clarifica filium tuum. Et uox de
celo uenit dicens. Et clarificaui et ite
rum clarificabo. In morte tali qui tristi
gatus est coram discipulis suis ubi uox

de celo venit. hic est filius dei. In scrip
turis suis in quibus deus prius loquitur de fi
lio incarnando passuro et resurrecturo. In
operibus miraculosis. qualia nullus alius
facere potuit. Cum autem christus dixisset. est
pater meus qui clarificat me. statim
subdit quem vos dicitis. quia deus vester est
et non cognovistis eum. per dilectionem et
mandatorum observationem. hic enim est
modus cognoscendi eum. Tit. i. Fatentur
se nosse deum. factis autem negant. Ego autem
novi eum. i. diligo. Et si dixero quia non
scio eum. i. non cognosco eum. ero similis menda-
x. i. contra veritatem. et esse similis
vobis. qui dicitis vos cognoscere deum. et
eius mandata non impletis. Io. i. Qui
dicit se nosse deum. et mandata eius non
custodit mendax est. Sed ego scio eum
i. cognosco eum modo cognoscendi. et ser
monem eius servo. i. voluntatem eius fa
cio. In quo manifeste ostendit se esse
filium dei. q. d. sic. Scitis quia ego sum
et sic respondet questioni quam dixistis. quem te ipsum
facis. Modo restat videre utrum sit ma
ior abraham. Dicit enim. abraham pater vester
exultavit ut videret diem meum. vidit
et gavisus est. i. toto corde desideravit
me videre oculis carnis. predicantem et mi
racula facientem. salutem humani generis
operantem. et quia sic ardenter desideravit
ipse vidit et gavisus est. hoc est dicere
Deus enim ei revelavit. et vidit oculis
mentis ista omnia predicta clare et aperte. ac si
oculis corporis vidisset. et gavisus est
i. deo gratias agens pro tempore huma
ni generis. et in eius amore accensus
est. q. d. modo cogitate quis est maior
ego vel abraham. qui desideravit vide
re me tamquam maiorem se. Judei autem irati
quia dicebat se maiorem abraham. qui
ipsi gloriabantur se filios esse abrahe. vel pu
tabant. Ideo scandalizati sunt. quia ipsi
minore videbant christum iuvenem. et tamen dicebat
quod abraham vidit christum. Cum ergo dixe

runt et l. annos nondum habes et vidis
ti abraham. qui mortuus est plusquam mil
le annis. Dubitabant quasi stupefacti nescientes
quid vellet dicere. Sed mirum videtur quod dixerint
Quinquaginta annos. Cum ipse nondum xxx
iii annorum fuit. Dicendum quod dominus propter
nimiam abstinentiam et graves labores.
sic erat desiccatus. quod videbatur longe
maioris etatis quam esset. Tunc dominus quo
niam eorum respondens ait. Amen amen dico vobis
quod antequam abraham fieret. i. cum in matre for
maretur. Ego sum sine principio sicut deus
qui semper fui et semper ero. Sed videamus unde
debuerunt proficere. defecerunt iudei. sicut respo derunt
infatuati propter iram cucurrerunt ad lapides
ut lapidarent eum. Et quia hec disputatio
erat in templo ubi lapides non erant.
exierunt de templo ut lapides invenirent.
et interim dum quererent. dominus per aliam viam exi porti
vit. et abscondit se. At illi cum lapidi
bus revertentes non invenerunt et ita imple
verunt peccatum suum. Sed hic queritur quare dominus
fugit. cum potuisset eos sua virtute facere
vel cecos vel attonitos. ita quod nullo modo eum
ledere potuissent. Et dicendum quod hoc dominus fe
cit propter iii. Primo quia nolebat eos coge
re per potestatem seu violentiam. sed predicationibus
seu suasionibus ad fidem suam convertere
ii. ut daret nobis exemplum quod non
contendamus cum hominibus iratis. sed demus
locum ire secedendo. Prov. xx. Honor est
homini qui separat se a contentionibus.
Tertio quia tunc dominus in mundum venit. ut per
mortem suam mundum redimeret. tum modo
fugit mortem. cum per hoc mundum potuit
salvare. Et decebat. christus voluit occidi
pro salute hominum. servata tamen iustitia. scilicet
ut mors sua videretur tempestive advene
unde quia adam erat perfecta et completa
perfectione ne qui peccavit. sicut modo
est homo cum est 33 annorum. ideo christus vo
luit differre mortem suam usque ad per
fectam etatem in qua nondum erat. Alia
ratio est quia adam comedendo ligni

vetitum
fructum dignus fuit perire morte la-
tronum. et ideo Christus voluit occidi morte la-
tronum. quod erat supplicium crucis. Secunda ratio
est. quia primum Adam peccavit ex fructu ligni
ideo Christus occidi voluit in ligno. Tertia est.
quia cibus per quem peccavit Adam. consti-
tuit in carne eius et sanguine. ideo Christus
voluit totum sanguinem suum fundere in cru-
ce. ut totum genus humanum salvaret. Quarta
est quia Adam post peccatum fuit a deo sententialiter con-
dempnatus ad mortem. ideo Christus voluit per
hominem id est per Pylatum ad mortem sententialiter
condempnari. Quinta. quia Adam post sententiam mor-
tis fuit expulsus extra portam paradysi. et
ibi mortuus est. ideo Christus non in templo.
nec in civitate. sed extra portam Iherusalem voluit mo-
ri. ut per mortem suam Adam et eius filios re-
duceret intra portam paradysi. Sexta est. quia Adam
erat nudus quando peccavit. ideo Christus nu-
dus in cruce voluit mori. Septima est. quia
Adam comedendo fructum per quem peccavit
sensit delectationem in gustu. ideo Christus fellis
amaritudinem in cruce voluit gustare. Octava
est. quia Adam peccavit sexta feria. ideo Christus
ipsa die. ipsa hora. scilicet sexta. qua Adam hora
peccavit voluit mori. Nona est quia A-
dam cum reprehenderetur a deo de peccato suo
abscondit se sub ligno de quo comede-
rat. ideo Christus voluit mori sub ligno cru-
cis. ut crucem super humeros eius exi-
vit extra portam Ierusalem baiulans sibi crucem.
Sciendum quod sunt quidam qui bene portant crucem
primo in corde ponentes de die in diem assu-
mere in corpore. sed numquam ducunt propositum ad
effectum. Quidam portantes eam in ore. eam
aliis laudantes. sed numquam eam aggrediuntur.
Isti non Christi imitatores sunt. sed illuso-
res. Sed qui baiulat sibi crucem. et sequitur eum
id est servat doctrinam eius. iste est verus
christianus et eius discipulus. Sunt etiam ali-
e due fortissime rationes. propter quas non erat
conveniens. quod Christus occideretur tali morte.
Prima est. quod qui occidebantur tali mor-
te. erant soliti pro crimine gravi ut fa-

cinora. ut puta adulterii infamia. matri-
monium violantes. filius rebellis et con-
tumax contra parentem. Maleficus qui trahebat
fideles ad cultum ydolatrie. Testis falsus
contra proximum suum. Et blasphemus in deum.
hii omnes sicut canes rabidi. mactaban-
tur lapidibus. Unde ne Christus putaretur fuis-
se talis. noluit primo nec decuit tali
morte occidi. Secunda est. quia in lege Moysi pre-
ceptum erat. quod agnus paschalis sic deberet
occidi et manducari. quod nullum os eius
frangeretur. quod dictum est in figura Christi. qui erat ag-
nus dei occidendus in ligno crucis pro
peccatis nostris. ita ut corpus eius integrum
servaretur. Sic et nunc ducitur in sacramen-
to altaris. ut semper integer maneat. Et
non poterat occidi lapidibus. quin aliqua eius
ossa confracta fuissent. ideo tali morte debu-
it subiacere. Ex hiis omnibus colligo quod
nec tempus. nec locus. nec genus
mortis. nec modus requirebat pri-
mo nec sustinebat Christum occidi taliter.
Nimis autem mors Christi fuit despecta
et vilis. tamen et nobis illa convenien-
tior fuit. ut ipse integer servaretur. Vi-
vens in cruce magis loqueretur latroni
seu morienti. paradysum largiretur. pro su-
is occisoribus patrem precaretur. Tertium
est sciendum. quod a deo factum est. quod filius
morte crucis moreretur. ut eius semper
sit ante oculos fidelium. pictura in pic-
turis cum devotione reveretur. et ipsius
signum in frontibus fidelium contra temptatio-
nes et devastationes demonum. et contra domi-
nica pericula. et contra hostes tamquam adiutorium
fortissimum habetur. et tamquam vexillum
et signum honorabile christianorum. ubi di-
ceretur. Rogem dominum et cetera. Feria ii.
Miserunt principes et pharisei minis-
tros ut apprehenderent Ihesum. Jo. vii. In evan(gelio)
hodierno agitur de duobus. que sunt ad mag-
nam confusionem penitentium. In principio
enim agitur de duobus que Christus passus est
a iudeis. et cum in hiis ita parates fuerunt. quod

ad pctm redeunt· et q x· recedunt· tal
es in· xl· viuunt

·q' pp hoc a pdicando eis salute anima
r· no cessauit· in quo dat penitentib'
continuu· qd omnis pene· et tepta toles
patient' portent· et dm sui ¶ In fine
no dicit de magna pmissione· q xps
fecit eis· pmittit eni se daturu· eis co
piose scm· quib' nichil melius hri pt· ut
ex hoc co fortent'· et animet· ad aite
statem· et pti detestacom· et xpi dilec
one· Sicut dicit Jo· sup imediate q
multi crediderunt de turba in xpm· Et q
si cu quoda gaudio dicebant· xpus
cu venit· Nuqd pla signa faciet· q fa
cit· et io ad phariseos· qui xpm psseque
bant· murmurabant ¶ Qd audientes
pharisei· et vehementer comoti· mittebant
eum cophende· Sz timentes turbas· n
fuerit ausi p se ualit ire ad capiendu
eu· Sz miserut ministros· tanq alie
nos· qz tales plem pcco periculis se
exponunt· Et de hoc agit in ewangelio hodier
no· Cui hystoria tal' est ¶ Dicit Jo·
q dns q'dam fuit in quoda festo iudeo
r· s· scenophegie· i· tabnaclor· du
rans viii· dieb'· et fiebat in septebri· Cu
ius sollempnitatis· pma et ultima dies
erant celebriores· pdicans in teplo salo
mis· ita dulcit locutus est· qd multi
iudei crediderunt in eum· principes uo iu
deor· et pharisei audientes h miabili do
lunt· et ex inuidia simulati· miserut
milites cducturos armatos qui eu
caperent· et ducerent ad se· Nō mirabile
q serui domini mittim in medicum ignoran
tes magrm· et homines diu cape nolet
· Ecce homines maledci· unde eni debue
rit eu dilige· oderant eu· Isti autem anim
ti cu puenissent ad xpm· inuenerunt eu
pdicante· et steterunt ut audirent eu
· cu pp timore· et reuerencia xpli· cu pp
vba xpi· q corda audientiu penetra
bant ¶ Dns autem uidens· et sciens ad
q uenissent· dixit homib' circumstan
tib'· et illis armatis audientib'·

Ego modico tempe ero uobiscu· quia
uado ad eu qui me misit· duo vba di
xit· unu amarissimu· et aliud dulcis
simu· amarissimu erat modico co
ram ¶ Miseri felices· cu quib' xpus modico
tempe manet· q est gaudiu· et beatitu
do angelor· et omn scor· sine quo ni
chil boni· et mltu in ferunus· Tales
sunt q in xl· p primam recedentes se deo
et p pascha viuunt de nocte· du xpo
assistunt· missa audiunt libent· ely
mosinas faciunt hylariter· et cu in
pctis vita finiunt· tales erunt omnes reprobi
· qui modico tempe stabunt in iudicio
an faciem xpi· ut audiant sntam q sep
antur a xpo· et mestiu erunt in fine·
Sz beatissimi erunt· q in psencia sepabilit
stabunt· Unde dcm est salom· i· regum x
· Beati uiri tui qui astant cora te semp
Tales erunt omnes q in pma uita finiunt
· sicut dicit ap· i· thes· iiii· Rapiemur obuia
xpo in aera· et sic semp cu dno erimus
sine quo nichil est bonitatis ¶ Vbu
dulcissimu fuit· Vado ad eu qui misit
me· s· p uiam passionis et crucis et sta
tus q'ue pene· in a bilacionis etia
gustre est uia qua itur ad celu· Ite
uado apire uob celu q nullus pt intra
re· nisi pcedat ipm· Ex cuite p uob aps
przem aduocacois offm Mitte nob
spm scm· Leuate corda vra sursu· ut
ibi sit amor vester· et desideriu ubi xpus
est· Felix est quilz xpianus qui vba
ter pt dicere· Vado· i· die ac nocte ire
n cesso ad dnm· q in mundu me misit
· et reddam ei ronem· de omnib' q feci
· et obmisi· de reb' que male acquisiui·
et auare retinui· et male expendi·
de tempe q expendi in malo· quo uaca
ui ocio· audituus sntam· Ite exite bn
dictionis· sed iuxta pma ab his recedi
te· siue exite maledictionis· sicut ego pe
ma mortuus fuo· et id homo ista
cogitans et sepe in corde reuolues· solli

tepr

mali· f

depque

eos

citius esse debz de rone reddenda coram ca-
thedra te. et de prima agenda rpnti tempe-
ut sit securus de mundo exeat. et coram
deo letus compareat. addidit autem dns dicens.
Queretis me et non inuenietis. et ubi sum
ego uos non potestis uenire. Hoc est.
quando apostoli predicabunt resurrectionem meam. et
uos dolentes de absentia mortis mee. queri-
tis corporaliter uidere. ut in dulcedine conse-
quamini. sed non me inuenietis. quia ero iam in
celo. Vel queretis spiritualiter per fidem. sed non in-
uenietis. quia tanta est duritia cordis
uestri. quod non potestis credere. quod homo cru-
cifixus sit deus. Et ubi ego sum. uos non
potestis uenire. Voluit dns sic dicere.
Vos consideratis solum humanitatem meam quam
uidetis. et non attenditis diuinitatem. quam non
uidetis. quia ego sicut filius dei sum in
patre. et pater in me est. Et sum unus deus cum
patre et spiritu sancto. Et ad hanc fidem ut cre-
datis. scilicet quod ego sum deus non potestis ueni-
re modo propter duritiam cordis uestri. Iudei autem
admirantes de uerbis domini. et eum non intelligen-
tes dixerunt ad inuicem. Quo iturus est
iste. Numquid ibit ad docendum gentiles. qui sunt
sine lege dei. et ignorant dominum. Presenserunt
a. ignorantes quod christus per apostolos erat docturus
gentiles. et recepturus ad fidem. Et cum
iudei uerba sua compleuissent. dns recessit
ab eis. Et alia die. que erat ultima huius
festi. ualde sollempnis. uenit dns iterum
in templum. ubi inuenit maximam multi-
tudinem congregatam. quia quasi recessuri a
festo. se deo recommendabant. inter quos er-
ant illi qui prius uenerant ad capiendum eum.
Dns autem uidens tantam multitudinem
ad se festinantem. ascendit in locum eminentem ut
predicaret. Et eleuata uoce clamauit
fortiter. Si quis sitit. ueniat ad me et bi-
bat. Que uerba domini sic sunt intelligen-
da. Qui credit in eum. et facit uoluntatem
eius. recipit spiritum sanctum. qui fit in anima
eius fons aque uiue. ipsam ab omni
macula peccati lauans. ardorem carnalem co-

cupiscentie refrigerans. Sicut autem etiam famis
grate sedans. Et de uentre mentis eius. i.
conscientie fluent flumina. ad irrigandos predi-
aque predicationis. et consolationis. et sic uen-
tionis. quia spiritus sanctus sicut ignis feruere in
dilectione. facitque non solum salutem. sed et
aliorum desiderare. Illi uero homines qui uenerant
ad capiendum eum. audientes uerba eius.
que corda audientium penetrabant. Ait Iohannes. unus
est sermo domini. Et uidentes deuotionem populi
circa eum. Compuncti corde reuersi sunt ad eos
qui miserant eos. Et cum illi eos reprehen-
derent. cur ipsum captum non adduxissent.
dixerunt. Non cepimus eum. quia sic numquam
locutus est homo. et mirantur quod totus
mundus non sequitur eum. Tunc illi dix-
erunt. Numquid et uos estis seducti. Ammo
nescimus quod debeamus facere. Numquid aliquis
de principibus credidit in eum. quasi diceret. non.
nec hodie. Queritur quare dns sitientes
populos uocat ad potum. maxime cum non
haberet uinum. aque uel aliud potabile. Dicendum
quod ipse non loquebatur de siti corporali. sed spi-
rituali. que duplex est. una bona. alia
mala. Mala sitis carnalis uolup-
tatis. terrene cupiditatis. et mundane
prosperitatis. que consistit in honoribus. gaudiis
solaciis et dignitatibus. hanc scilicet tam
malam nullus extinguere potest. nec
tollere. nisi solus christus. Non enim tollit
carnalis uoluptas. sed si ad uotum imple-
atur. quia dicit Gregorius. Que dilatata cruciat
hec non satiat. Terrena cupiditas
per habundantiam temporalium non minuitur. sed au-
getur. Nam. Auarus non implebitur pecu-
nia. Appetitus mundane felicitatis
et caduci honoris. et dignationis. et quanto
quod copia habeatur. non extinguitur. tanto enim
plus habet plus cupit. et per multiplicata
omnia honorum sitis non tollitur sed augetur.
Dicitur quod alexander dicebat magistro suo
quod sit esse solus dns mundi. ad hoc re-
putabat se nichil habere. cum audisset aliquem
quemdam maiorem se. Solus autem christus

suam

vel honor

hanc sitim extinguit non potu aque viui. sed haustu dulcissimi amoris sui. Ille liquor sanctus reddebat siti. cui cuiusque praue voluptatis sedat. facit hominem ardorem. saciat plenissime. quod omnia que in mundo sunt arbitretur ut stercora. ut christum lucrifaciat. Bene ergo dixit christus. Siquis sitit hac siti. per sitiet et insaciabili ueniat ad me per penitencie uiam. deuocionis stratam et fiducie magnam. et bibat de calice amoris mei. qui est suauis et dulcis. preclarus et inebrians. et fiet in eo fons aque salientis in uitam eternam. Bona non sitis est appetitus sanctificacionis anime. augmentacionis diuine gracie. visionis maiestatis diuine. et hanc sitim sedat et tollit solus christus. et nullus alius. quia ipse est. qui sanctificauit mundum. scilicet per mortem. peccatores per penitenciam. sanctificatos perducit ad gloriam. quia ipse donat graciam. quam in bono perficit. et in caritate uita firmat. qui visione diuine maiestatis hominibus penitentibus donare non despicit. ad hanc visionem amicos suos introduxit. quia ipse est. qui solus implet in bonis desiderium nostrum. Bene ergo dicitur. Siquis sitit ueniat ad me per ardorem dilectionis. per deuotam ordinem. per stratam communem operacionem. et bibat et saciabitur et inebriabitur ab ubertate domus sancte dileccionis mee. donec introducam illum ad plenam et sempiternam visionem maiestatis mee. Quod nobis prestare dignetur. Feria tercia

Ambulabat ihesus in galileam. Non enim volebat in iudeam ambulare. Jo. vii. Licet omni tempore vitanda sit inanis gloria. quia homo consueuit habere ex bonis operibus. Nam inanis gloria. Primo deum offendit. cum aufert honorem sibi debitum. Thimot. Soli deo honor et gloria. Secundo hominem decipit quod suum non est sibi ascribere facit. deus enim qui operatur in nobis et uelle et perficere. bona uoluntate sua. non

propriis uiribus hoc facit. ut dicit glosa. Phil. ii. Tercio bonum opus nostrum sic destruit. ut apud deum meritorium non sit. quoniam. dico uobis. receperunt mercedem. scilicet propterea dicitur. Val. Non efficiant in amis glorie cupidi. inuicem prouocantes. inuicem inuidentes. ubi dicit glosa. hec duo mala generat inanis gloria. scilicet iram et inuidiam. et id dominus deus hodierno nos instruxit suo exemplo fugere inanem gloriam. tamquam pestem anime ualde nociuam. Omnis dies et dominica de passione. quia ecclesia in officio et euangeliis et epistolis commemorat passionem christi. Qui quasi incipiendo penam passionis sue. dictum est. quomodo contra eum habuerunt turpia. et mala verba. et quod ceperunt lapides ut eum lapidarent. sed ipse declinauit ab eorum furia. exiens de templo abscondit se. hec. quia uiderunt ministros ut apprehenderent eum. id dicit Jo. quia nolebat hodie manifeste coram iudeis ambulare. et id voluit ire in galileam. non timore mortis. sed quia non dum uenerat hora eius siue tempus quod disposuerat mori. Dicit autem euangelista quod eo tempore quo christus ibat versus galileam. cum discipulis. tempus erat in iherusalem quedam magna sollempnitas que durabat pluribus diebus. et dicebatur scenophegia. id est tabernaculorum. et fiebat in septembri. quia sicut fuit in iudaismo memoria habitacionis in deserto. cum de egypto egrederentur. ubi multa dei beneficia receperant. Fratres autem eius. id est consanguinei. qui erant discipuli. non dum bene credebant in eum. Sed adhuc mundi gloriam querentes. dixerunt ei. Transi hinc et uade in iudeam. id est in iherusalem. ubi erat predicta sollempnitas. ut ibi facias opera miraculosa. ut et discipuli tui quos habes ibidem. id est credentes in te. uideant opera magna que tu facis in occulto. id est in istis paruis locis. ubi non cognosceris. et ubi paruus populus et uiles condicionis habitant. et fama sanctitatis tue diuulgabitur per totum regnum. cum ibi sit congrega

mltitudo totius puincie · et sic sedm co
suetudine alioz · quia omis qui uolt
uidi magnus publice · nō facit opa
sua magna i occulto · i · i puo loco · et vbi
pauus est pplus · sz i loco magno · et ta
moso et pploso · et io p hopa q̄ tu facis
manifestes teipm mūdo · Dicit dñs
ewangeliū · istā ꝯ sagīo mei dñi · nō ple
ne credebāt in eū · et glo dicit · ꝙ ipi
ad huc erat carnales · et huanas
laudes diligebāt · et credebāt dnm
magfice exaltari · si magnifice a ppls
laudaret · Vnde sicut in anis gle cu
pidi · eum ad manem gloriā inuitabāt
Dn̄s nō sciens eos rudes ēē in fide · et
amore mūdi ad huc urgere i cordib
eoꝝ · noluit eos dure rephende · sed
dulcit excusauit se p aliū modū nō i
bat tūc iherlm ad festū · ad qd ꝯfluebāt
mltitudo ppli · et dixit · tempus me
ū nō dū aduenit · tempus aūt urm
semp est pcatū · nō p mundus vo
Hec dm verba dupliciter exponunt̄ · P
hystorialit̄ · Tempus meū · quo s
celero capi · ligari · flagellari · crucifi
gi et occidi · p salute mundi · sicut
disposui · nō dū aduenit · qr in festo h
nō elegi mori · sz i festo pasche · qn
agnus ymolatr · qui mea significat
passione · et io nolo ante tempus
iudeis dare occasione scandali · Sz
urm tempus · quo s · deletis p me
pati psecucōnes · vnde a vba · semp
est pati · quia adhc qua incipietis
eos pdicare · et glam mea · usqz in
fine uite uře · psecucōnes nō cessa
bunt · sz nō dū incepit · quia mundus
· i · amatores mūdi quales sint ui
der · ad huc nō odiunt nos · quia nō
pdicatis ad huc ꝯt eos · Sz me o
diunt · i · iā incipiunt psequi me · qre
testimoniū phibeo de eis · ꝙ opa sua
mala sunt · et io nos secure uře ipo
potestis ad festū sine scandalo iudeo

rū ego uo nō · s · sic est moraliť · Tem
pus meū · q̊ s · ego solus · et null alius
excepto iustiaz · et punitis · p meas iō
da · nō dū uenit · quia hoc est in fine
scli i die iudicij · Tempus iudicij ua
lde est timendū · qr tūc nō inuenient pec
catoꝝ venia · nec fiet aliciu mia · nec
pderit oblata pnia · cessabunt sacōꝝ su
ffragia · nulla pr sua ꝯcedet alicui gra ·
Continue memorandū · quia tria
bona facit · Primo incutit dei timore
· et sic homines a malo reuocat · Sc̄o
ducit sollicitudine · de reddenda rōe
· et sic homines excitat · ut uideat q̄
tum deo ꝯgruentr uiueat · Tr̄ · accendit
mētis feruore · ut homo temp in bo
pficiat · et cū elāis dei · tūc bndictone
pcipiat · Dependine igit̄ est pplis p
dicandū · ut ꝯgnoscat xpi omnipo
tencia eius pclara iusticia · et pnitenci
gla · et pccōꝝ mia · Sz tempus
urm · i · uite uře · in quo hetis liber
arbitrium · bn uł male opandi · temp
est nob pati · s · a deo · maiam ꝯsequenda
graz ipetrāda · pniaz agenda · uri
ta mlta · Sed tempus est modicū
· et id in eo est utilit opandū · ne p ne
gligencia pdat · Incertū est rō tunc
dū · ne aliqs credat̄ fugiat · Tempus
et laboribz plenū · et io est redimendū
· Etiā p tirla diei bone nō te pt̄ereat
· Est utilissimū et pciosum · Bn̄ · Berh
pciosius tpe · sz heu michl hodie uili
reputat̄ · Et tn̄ michl est pciosius ·
Plus enī ualeret vni dapnato · uni
te tempe · qd est spaciū v unius hore
ad pniaz agenda pniaz · qr totus mū
dus · Potest rō dici tempus urm tep
pñme · qd est institutū ad aīmaz pur
gacōm · pccōꝝ reconciliacōm · ad au
genda sanctificacōm · dei graciam acqren
da · pniam agenda · carnis volupte
domanda · dei miaz cū opibz bone inuen
ienda · aīma spūalibz diuicijs ditāda ·

scilicet ieiuniis, orationibus, fletibus, peregrinationibus, missarum predicationum et ecclesiarum frequentationibus, sanctis et devotis meditationibus et aliis operibus bonis. qui sic se tractat huiusmodi vivit et recte dicere potest quod tempus gratie suum fuit, et in utilitate anime sue bene expensum sit.

Qui vero prorogat gratiam in peccato iacuerit, aut in fine ad penitentiam venit, potest dicere quod tempus gratie per negligentiam et miseriam suam irrecuperabiliter perdidit. Vnde mirabilem bonitatem Christi, qui de toto tempore solum unum diem servavit ad iusticiam exercendam, totum aliud concessit ad misericordiam consequendam. et hoc est quod pronior est ad misericordiam quam ad iusticiam.

Sequitur quod postquam dominus se excusavit de eundo in ierusalem, dixit discipulis: Vos ascendite ad diem festum, ut videatis solacia ad quod huc aspiratis, et visitetis templum, et cum aliis laudetis dominum. Ego autem non ascendam vobiscum, nec in prima die sollempni, nec in manifesto ut predicem populo aut miracula faciam coram eo, quia tempus meum nondum est impletum, quo scilicet disposui pati et occidi. In hoc verbo dominus docet duo. Primum est ut dies festus devote celebretur, scilicet corporaliter abstinendo ab omni opere servili, et spiritualiter ab omni crimine. Et hoc debemus facere propter tria. Primo propter dei preceptum, sicut habetur in exodo et levitico. Secundo propter dei promissum. ysaie .lvi. dicit dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea et cetera. .3. propter meritum augendum. Quia dum in festis a corporalibus operibus abstinemus et intendimus divinis laudibus et bonis operibus, vitam eternam meremur. Quarto ut ecclesias et in atrium ecclesie festivis vestibus liberaliter. ad hoc invitat nos spiritus sanctus dicens: In ecclesiis benedicite domino. Et iterum in psalmo: Mane astabo tibi, scilicet iuxta altare ad audiendum missam. Et videbo te, scilicet in manibus sacerdotis. Et adorabo ad templum sanctum tuum. Non enim videtur esse verus filius dei qui domum patris sui non sepe visitat, et quem deus pater in officio laudat, in predicationibus honorat, et devotis filiis adorat.

Sequitur quod post predicta verba remansit dominus in galilea, et discipuli iverunt ad festum in ierusalem. Iudei quidem invenientes in templo sine magistro suo admirati quod ipse non veniret ad festum predicare et miracula facere, loquebantur mutuo dicentes: Ubi est ille? Quod a discipulis recessit? Quare in tali festo templum non visitat? Et ceperunt murmurare, et murmur de eo erat in populo. Quidam dicebant quod bonus homo est, et sanctus ipse est. Alii vero erant quidam simulatores decipiens per sermones que sequebantur eum. Et tamen illorum qui dicebant eum sanctum esse, non audebant hoc palam dicere propter metum iudeorum, qui iam ordinaverant quod quicumque confiteretur eum esse christum extra synagogam fieret, id est excommunicaretur et expelleretur de consortio eorum, sicut qui deiceretur de societate aliqua. In hiis dat nobis triplex exemplum. Primum est quod amicus dei dummodo bene vivat, debet exemplo christi despicere si de ipso mali mala loquuntur. Vnde et quidam philosophus cum diceretur ei: homines male loquuntur de te, respondit: Faciunt quod solent, non quod debent. Seneca: Turpe sit tibi a turpibus laudari quam ob turpia. Secundo quod ille reprehensibilis erit coram deo, qui veritatem quam scit de deo vel credit, scilicet de eius humanitate sive divinitate sive iusticia sive bonitate, timore hominum tacent et confiteri non audent, sicut fecerunt qui non audebant dicere in publico quod esset bonus propter metum iudeorum. Luc. Qui me confessus fuerit coram hominibus et cetera. Tertium est quod ex discipulorum debemus iniuriam pacienter portare. Ipsi enim audientes eos qui dicebant christum esse malum et seductorem, tacuerunt et dissimulaverunt pacienter. Pacia

eum est nobis necessaria ad salutem. a christo
predicata. in exemplum a christo exhibita.
in signum sapientie tradita. et certe ad
consistendo regnum celorum ab eterno disco
scripta. Rogem domini. Feria quarta.

Facta sunt encenia in Jerosolimis.
et yemps erat. Jo. Quia per parte v.
tes dixit oves christi. idcirco unusquisque
apud se cognoscat. an sit de ovibus christi.
Dicitur autem in ewangelio hodierno quod oves
christi vocem eius audiunt. scilicet predicacioni
bus. Mellis et sanctis amonicionibus. Sacerdo
tis monita. et ordinaciones prelati. ala
criter suscipiendo. et perfecte implendo. et
pauperes et libenter conveniendo. Unde qui hoc
non facit maxime ~~facit~~ in fine non e
de ovibus christi. Videamus ergo hystoriam.
Dicit Jo. quod dominus quadam vice tempore scilicet
yemis. et quodam festo quod dicebatur Ence
nia. id est dedicacionis templi. Et dicitur
ipsi. Encenia Encenion. quia per plures
agebantur dies. Et dicitur ab en. quod est in.
et cenos quod est novum. Unde encenio en
cenias. id est renovare. vel aliquid de novo facere. Unde
veste enceniat nova qui primo eam por
tat. Et opus etiam enceniatur quia eam
consecrat. Unde ubi quicumque ad novum de
dicavit notatur. Encenia. et tunc agebatur
festum dedicacionis templi. Secundum Jo. tres
fuerunt dedicaciones templi. Prima
facta fuit a Salomone in autumpno in tempore se
ptembri. Secunda a redeuntibus de captivitate babi
lonis in vere in marcio. Tercia a Juda
Machabeo. qui templum prophanatum a gen
tibus mundavit in yeme in mense decembri.
scilicet in die de qua hic dicitur. Facta sunt En
cenia. et yemps erat. Ad istud festum ac
cendit. Ihesus. et ambulabat in porticu Sa
lomonis. Fecerat quidem Salomon porticum an
te faciem templi. qui erat tante magni
tudinis. tante pulchritudinis. et venera
cionis. ut ab omnibus diceretur templum. In
quo Salomon stabat ad orandum. In
hoc conveniebat populus ad oracionem. prese

dicacionem. et oblacionem. Et ideo dominus ad
hunc locum in die festo veniebat. ut ibi posset
sine impedimento populo predicaret. Et dicitur
quod yemps erat. id est frigus erat. in quibus [illegible]
it. quod inter eciam templum existentes. erant fri
gidi in fide et amore dei. Et tamen exem
plo domini talibus predicandum est. quia ex
hoc pauciora mala committunt. ad con
punctionem inducuntur. et aliqui convertuntur.
Veniente autem domino in porticum predictum. In
stinctu inimicorum venerunt ad eum. et circumde
derunt eum dicentes. Et quod unus loqueretur
pro omnibus. Quousque animam nostram
tollis. id est tenes nos in suspenso. et fa
cis nos de te dubitare. Si tu es christus
dic nobis palam. Hoc autem dicebant. non quod
vellent ei credere. Sed ut ex ore suo aliquid
audirent. unde possent eum accusare. Res
pondit de malicia eorum. non curans. Et. E
go sepe loquor vobis in predicacione. et
confirmo sermonem. et cum verbis meis non cre
ditis. Ecce coram vobis miracula vel opera fa
cio in nomine patris mei. que nemo alius
potest facere. et que michi perhibent testimonium.
scilicet quis sum. et tamen operibus meis non creditis.
Sic nec verbis. nec operibus creditis. Et
racio est. quia non estis de ovibus me
is. quasi diceret. Vos estis peccatores. et racione pec
cati. vos estis de ovibus dyaboli. et id
superbi. quia ipse est super omnes filios super
bie. et ipsa superbia vestra non permittit cre
dere. nec verbis nec operibus meis. Nam super
bia est obstaculum. ut verbum dei ad cor au
dientis pervenire non possit. Et ideo in ewangelio
de sentibus assimilatur petre. quia quantumcumque tu
pluat. nichil dicit tectio. Et sicut
quidam balneatur intus autem sicca permanet
ut. Sed oves mee. id est fideles mei. qui
ad instar ovium sunt humiles et innocen
tes. audiunt libenter vocem meam in pre
dicacione. et credunt verbis meis. que
confirmo miraculorum operacione. et libenter
voci mee obediunt operum execucione.
Hic potes dicere. quomodo assimilantur bo

i. ex deitate quam habeo ex patre

nis animalibus. et mali malis. Et au-
ctoritate docet. Cognoscunt igitur. et ego co-
nosco. i. diligo eas. et quia sequuntur me
i. doctrinam operibus implent. et vitam
meam pro modulo suo imitantur in doc-
trina et vita. Et quia possent eas dice-
re: Quid das nobis ex perfecta imitacione et
dilectione. dicit dominus. Ego vitam eter-
nam do eis. s. in presenti per graciam et spem
sed in futuro per speciem. Et non peribunt in e-
ternum. quia qui sequitur me. non potest er-
rare. quia sum veritas in docendo. via
et lux in exemplo. ergo non potest devi-
are. et perire. quia sum salvator nu-
triendo. et custodiendo. Et non rapiet
eas quisquam de manu mea. quia ego
omnibus forcior sum. Nota hic. ad
nostram informacionem. scilicet quod oves Christi ex
duobus cognoscuntur. Primo studere et
doctrinam eius libenter audiunt. et
operibus implent. Secundo et vitam pro posse se-
quuntur. Aliud quod pertinet ad nostram con-
solacionem. scilicet quod Christus oves suas dili-
genter custodit. et ad vitam eternam per-
ducit. Beatus qui fuit de ovibus Christi.
Sequitur quod dominus ad confirmandum illud quod
dixerat. non potest eas rapere. et cetera. Ad-
didit illud. Quod pater meus dedit mi-
chi maius est omnibus. et nemo potest ra-
pere de manu patris mei. quia ego et pater
unum sumus. Que verba sic intelliguntur.
Deus pater dedit michi. quod est maius
omnibus creaturis. quia genuit me sibi coe-
ternum. et coequalem. et ideo nemo potest
rapere oves meas de manu patris. Unde
ego et pater unum sumus in substancia. potestate.
et maiestate divinitatis. Modo videt
dominus quod iudeorum qui volebant scire
ab eo. utrum ipse esset Christus in lege
promissus. et licet non diceret expresse ego
sum. dixit tamen pulchriori modo. et intelligi-
bili valde. Dicens ego sum deus. intus
quem videtis hominem exterius. quasi diceret.
ego sum deus et homo. et talem debebat

esse Christus. scilicet deus. qui possit humanum ge-
nus redimere. et homo qui humane redemp-
cionis sit debitor. quia deus purus non
debebat. et homo purus non poterat. Ideo
oportebat quod Christus iuxta legem moysi et prophetas
esset deus et homo. et qui aliter crederet
esset hereticus. et haec dicta. Iudei non
audientes quod dicebat se filium dei et
equalem deo. ignorantes scripturas et
hoc esse blasphemiam in deum putantes.
tulerunt lapides. ut lapidarent eum. ut pro
more blasphemiis occiderent eum. Et
cum starent omnes elevatis manibus ple-
nis lapidibus. non tamen proiciebant. quia nisi a
Christo permissi non poterant. Dixit eis Christus
Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo
propter quod horum vultis me lapidare. quasi diceret. Il-
lius debetis punire nisi de malo opere. Sed
non invenitis in me. nec verbo nec opere a-
liquid dignum reprehensione. et ideo non potes-
tis me de malo opere lapidare. Res-
tat ergo quod de bono. Sed ego multa bona
opera feci inter vos ex patre meo que nec potest 1
facere nisi deus. Ideo dicite michi. quod
illud bonum opus propter quod vultis me lapi-
dare. Hoc dicebat ut ipsi maliciam su-
am cognoscerent. et ab ea abstinerent. Sed
heu hodie sunt multi christiani istis iudeis
similes. qui multa bona opera receperunt
a deo temporalia. spiritualia et corporalia.
et tamen non cessant inpugnare deum in peccatis vi-
vendo. peccata multiplicando. filios dei
persequendo. et eos ad peccata trahendo.
Iudei non audita interrogacione domini re-
sponderunt. Non lapidamus te de bono
opere. multa siquidem bona opera inter nos
fecisti. propter ista non lapidamus te. Sed de hoc
verbo quod reputamus blasphemiam. quia tu
es homo sicut quilibet nostrum. et tamen di-
cis te esse deum. quod est in magnam iniuriam
dei. Post dictam responsionem iudeorum do-
minus dixit eis. Nonne in lege vestra scrip-
tum est. i. psalmo quod dominus ... loquens de amicis
dei dixit. Ego dixi dii estis. et non potest

Vel ipsa gracia eius quis creat

magestate

vel

solum scriptura · id est tante auctoritatis est · quod
et contradici non potest ¶ Si ergo deus illos
homines vocat deos · cum contradictione alicu-
ius quare dicitis · quia blasphemo dum
dicendo · quod sum filius dei · q · d · Constat quod
illi fuerunt homines · non dii de natura ·
sed sanctitate et bonitatis divine participa-
cione · et non ideo propter istis omne credere · et
maxime · quia pater me sanctificavit · id est sanctum
me operibus meis ostendit · Et ideo si non
facio opera patris mei · nolite credere michi
Si autem facio · et non vultis credere verbis ·
credite operibus · Et si credetis · tunc cogno-
scetis · quia pater in me manet · et ego
in patre · id est una est natura · et una es-
sentia patris et mea · Et hoc dicto recessit
ab eis ¶ Infelix homo · a quo deus re-
cedit · sive per culpam · gratiam et subtrahen-
do sibi in morte · per penitentiam et non conveni-
endo · sive per occultum iudicium · peccatore sibi
non reconciliando sibi in die iudicii · per
sententiam eum a se repellendo · Bonum erat
ei si natus non fuisset homo iste ¶ Et
nota quod tria sunt que faciunt deum esse cum homine
¶ Primum est consciencie puritas · ps · Tu autem
in sancto habitas · id est in loco mundo ¶ Secundum est
mentis tranquillitas · scilicet cum homo habet pa-
cem cum deo · cum proximo · cum se ipso · Tertium est dei et
proximi perfecta caritas · Jo · 4 · Qui manet
in caritate in deo manet · et deus in eo · Deus
per suam pietatem · et non solum deus · sed tota
trinitas · primo pater per suam sapientiam · filius per
potentiam · spiritus sanctus per suam clementiam · quod nobis
in hac vita · ista tria donare dignetur · qui
vivit et regnat in secula seculorum amen · Feria
Rogabat ihesum quidam phariseus quinta
ut manducaret cum illo · Luc · 7 · Sancta
mater ecclesia toto tempore quadragesime in divinis
officiis et predicationibus ostendit · quod filiis
suis auctoritate scripturarum · quod penitentia sit deo
cara · angelis grata · peccatoribus necessaria · et
iustis et penitentibus utilissima · Sed
quia homines magis credunt exemplis quam ver-
bis posuit nobis hodie in eius exemplum

unius mulieris · quondam meretricis peccatricis · ac certi-
us sacrificium penitentie offerens a christo peccatorum
veniam obtinuit · tanquam sancta et bonis operi-
bus plena · dei gratia et divini amoris
igne succensa · beate letitia recessit ·
O mirabilis mutatio dextere excelsi · que
de immunda fecit sanctam · de peccatrice ve-
nerandam · de frigida devotissimam · et que
ante penitentiam erat infamis · immo nec
notabilis · modo per penitentiam facta est deo ama-
bilis · et supra modum familiaris · Vi-
deamus ergo hystoriam ¶ Dicit Luc · quod
exemplo eunte secundum quosdam in Naza-
reth · alii quidem dicunt ipsam civi-
tatem · Galilee que dicebatur · Bethania
trans Iordanem apud Enon · iuxta Salim oppi-
dum · ubi olim regnabat Melchisedech
· et ubi dominus erat · quando Lazarus infirma-
tus est · longe per dietam a villa que eodem
nomine vocabatur · in qua habitabat
Maria Magdalena · que adhuc patiebatur
infamiam · quod fuisset peccatrix · Quia erat
quod peccatum luxurie est · tante infamie ·
quod et postquam homo ab eo recesserit usque
ad longum tempus infamia non recedit
¶ Faciente autem christo ibi multa miracula · qui-
dam phariseus dives et sapiens · videns
christi sanctitatem · et admirandam virtutem · at-
tendens suam paupertatem · invitavit eum ad
prandium · Cum invitationem dominus · sicut in-
digens tenuit ¶ Iste autem ratione domini in-
vitati · et ratione sui · quia dives erat et po-
tens · invitavit et multos alios ¶ Et nota
quod tres personas legimus recepisse dominum ex-
cellenter et singulariter in domum suam ¶ Una
est Martha que recepit eum magna solli-
citudine · providendi hospitium et administrandi
convivium ¶ Secunda est phariseus · qui cum reverentia
et devotione invitavit eum ad prandium ¶ Tertius
Zacheus qui gaudens excepit eum in do-
mum suam · Horum exemplo debemus eum reci-
pere in domum mentis · per sacram communionem · ut
exemplo Marthe · simus solliciti ministra-
re constantiam per puritatem · quod fit per contritionem

amore scilicet inflammavit. ad agendam penitenciam animavit.

et confessionem. Parate cibum propter olle die. quia tibi eius est. ut faciam eius voluntatem. ¶ Exemplo pharisei suscipiamus eum cum reverencia et cum fide et humilitate. et cum devocione et cum fervente dileccionis dulcedine. ¶ Exemplo Zachei suscipiamus eum cum gaudio et exultacione agentes gratias christo qui nos dignos fecit participacione tanti sacramenti. pro quo deo magnificet pro amore virtutum. gratia dei in nobis nutritur augetur et conservatur. contra dyaboli suggestiones et per totam temptaciones mundi tribulaciones fortes efficiamur. quedam peccata que pene pro mortalibus debite diminuitur. magna multitudo venialium remittitur. devocio cordis in hiis que ad deum pertinent in nobis augetur. desiderium nostrum ad superna erigitur. memoria passionis christi que valde utilis est in corde nostro infigitur. Adveniente hora prandii. ab hominibus ibidem congregatis accidit quod in civitate illa erat maria magdalena forte causa visitandi parentes vel pro familiari negocio. et quia forte sepe frequentabat viam illam. nomen eius erat ibidem quod erat peccatrix. hoc est quod non bene servasset honestatem corporis sui. ¶ Et non quod nomen eius taceretur et diceretur peccatrix propter tria. Primo quia mos est scripture publicos peccatores non notare propriis nominibus sed solum peccatores eos dicere. Secundo quia per peccatum privata erat proprio nomine apud deum. ps. Neque memor ero nominis tui. ¶ Tercio quia quamdiu peccando vivit et peccare non metuit. oblivioni tradit nomen dei sui. ideo deus iuste oblivioni tradit nomen eius. non quo ad ignoranciam sed quo ad benivolenciam. ¶ Hec mulier audiens quod dominus deberet comedere in domo pharisei. tacta aliquo radio divine virtutis existentis in christo cepit intra se cogitare. Hic est ille qui in mundum peccatores venit salvos facere. qui peccatores sic dulciter recepit. qui peccata sic facile dimittit. et nemo quis te michi abstulit. Certe non recedam ab eo. sed vado ad eum et ponam

me in manibus suis sicut nec appello et manibus vacuis. sed feram mecum unguentum preciosum. Pedes enim quos hic peteres in multos circuitos [?] quia vadit discalciatus et per ardorem pulveris lapillos et spinas quas invenit in via. habet eos conscissos et pulveribus plenos. Sed ego veniam et mundificabo eos et postea unguento ungam. ut ipse visio amore cordis mei in tantis moveatur ad pietatem ut faciat mecum misericordiam suam gaudeam. ¶ O bona mulier quid cogitasti quod prius sic dominum contempnebas. modo eum sic fortiter amas. horrebas apparere in conspectu eius. modo queris videre filium dei. Trahebas alias ad anime perdicionem. modo sollicite curris ad anime tue salvacionem. numquam audisti eum predicantem nec miracula facientem. nec legisti sepius cum eo loquentem. et tamen ex aliorum relacione credis ipsum esse filium dei salvatorem mundi potentem peccata dimittere et graciam dei conferre. ¶ Unde tibi tanta gracia tam grandis fides. Certe ille qui te ad se vocavit. ipse cor tuum illuminavit. ¶ O bona et sapiens mulier. quid sic secura vadis ad christum in domum alienam. Sola vadis ad tam grande negocium. non habes tecum advocatum. tamen audacter potes intrare tam solempne convivium. ¶ Posset hec mulier sic intimo gratia respondere. Ille qui deus me vocavit ille me sic invitavit et ideo non quiescam donec ipsum videam. donec ab ipso a peccatis absoluta et liberata recedam. ¶ Surgit ergo mulier et que in sana abiit ornamenta ne superba coram magistro humilitatis accederet. Et hiis secum preciosum unguentum pervenit ad locum convivii. videns quod omnes sedentes oblita est verecundie feminee. sed ex christi precata suscepta fiducia. sola absque socia audacter intravit ponens se ad pedes christi. Cogitans autem quod non erat digna stare ante faciem eius posuit se post tergum et prosternens se ad terram manum extendit.

et cum venerat posuit se iuxta pedes
domini qui erat in capite unius mense. Et
statim ad tactum pedum tantus ardor di-
vini amoris accensus est in corde eius
et tanta contritio et dolor de peccatis est [?] ube-
rata et dulcedo devocionis tanta quod la-
crime de oculis ceperunt fluere. quasi de quo-
dam fonte. et in tanta habundancia quod
ex eis sufficienter lavit pedes christi. Num-
quam tale miraculum legimus in aliqua femi-
na. Et vide mirabile. ille lacrime conti-
nue lavabant pedes christi. sicut dicitur anima
magdal'. O quam beatus homo est cui a
deo donatum est pro peccatis lacrimas fundere.
Unde beatior. sicut ille habuit lacrimas cordis
Mt 4. Beati qui lugent quoniam ipsi consola[buntur].
Unde iam ista sancta mulier. lotos pedes cum
pannum unde terget non habet. fecit de ca-
pillis suis facitergium. et eis desiccatis et
cessantibus lacrimis quia non erant eam
plus necesse. Sed non cessavit mulier a sua
devotione. nam stans post pedum munda-
cionem. facta est cum christo in tantum familiaris
quod non petita licentia audacter cepit os-
culari pedes eius. et non tantum semel vel bis
sed quociens voluit. nunquam osculando christus e-
am prohibuit. et postmodum ut compleret
officium huius servicii. accipiens unguentum
odoriferum diligenter perunxit pedes illos
sanctissimos. O beatissima mulier et christo
dilecta gratissima et audacter dico quod si sanc-
tificata fuisses in utero. et quod vixisses plena
spiritu sancto. satis immo nimium esset. si tanta
gratia collata fuisset. Sed quod manibus contrac-
tares lacrimis rigares et capillis ter-
geres. et unguento perungeres illos pedes
qui portabant dei filium celi et terre dominum.
Dicit Io. bap. Non sum dignus calcia-
menta eius solvere. Sed maria mag-
dal' digna fuit non tantum calciamenta. sed
ipsos pedes tangere osculari et contracta-
re sicut voluit. Mirum videtur quod dominus
[?] tot virorum permisit se sic fami-
liariter tangi ab una muliere sic et fa-

mi. apud populum. licet sancta esset apud
dominum. Dicendum quod propter duo. Primo ut
penitencia huius mulieris daret nobis exem-
plum et formam penitencie. Ipsa enim sicut vere
penitens habuit cordis contritionem et dolo-
rem cordis. Exterius lacrimas in oculis.
signum devocionis et divini amoris
in multis obsequiis. scilicet in lotione. deos-
culatione pedum unctione. Ipsa satisfac-
tionis quod membra quibus deum offendit ex-
hibuit in obsequium christi. scilicet oculos capil-
los et os et manus. et sic se totam ad ser-
viendum deo convertit. quod postea ab eius
amore et via penitencie non recessit. Con-
fessionem non quod sacerdoti faceret non ha-
buit ipsa nec oportuit propter duo. Primo quia
non dum instituta erat. Secundo quia confessio
sacerdoti fit qui est homo purus et qui ig-
norat peccata confitentis. et contritionem et penitenciam
in corde. non potest iudicare utrum aliquis
homo sit peccator vel penitens. et absol-
vendus vel ligandus. seu quam penitencia
dignus in exclusione ipsius. Christus
autem erat deus verus. et sciebat sicut
deus omnia peccata eius. et videbat sicut
deus contritionem cordis ipsius. et remitte-
bat sicut deus omnia peccata eius. et id-
circo huius confessionem non oportuit. Habuit autem pro
confessione magnam contritionem. quia in corde tanta
multitudine. ad pedes christi se prostravit
et pro peccatis dimittendis fortiter flevit.
non verbis sed factis. et devocionibus veniam
peciit. et tandiu prostrata iacuit donec
peccata sua a christo esse dimissa audivit. Qui
ergo exemplo huius mulieris sic penitu-
erit. sic se totum a peccatis [?] sic autem bene
sibi erit. Secundo ut cognosceret ab omnibus
habundancia clemencie. qui mulierem peniten-
tem sic benigne suscepit. sic devotam se-
cum [?] ita fecit. sic in sua familiari-
tate. recepit quod plus est. ita voluit. e-
tiam deinceps familiarem nimis sue ut be-
ate virgini. que semper habuit eam sociam. sive ad
crucem vadens. sive ad sepulchrum pergens

eius · q · d · esto reprobatus et maledictus
a deo · Et sꝫo mane · s · terciā fa · dux
erunt eum ad pylatum · qui erat p
ses pūincie · et rector ciuitatis iherlm̄
p imperatorē romanū · et erat gen
tilis · Accusabant aūt eū de duobꝫ
· s · q̄ phibebat tributum dari cesari ·
ut ex hoc pylatus moueret' contra eum
· Et q̄ dicebat se regē ī p̄iudiciū īpa
toris · qui tūc dominabat' in regno
iudeoꝝ · Vt ex hijs duobꝫ tamq̄ īim
micus īpatoris iudicaret · Pylatus
aūt uocauit eum seorsum · et pri
mā accusacōem n' reputās · q̄ forte
audierat dn̄m dixisse iudeis · Red
dite que sunt cesaris cesari · ṫc̄ · Inter
rogauit eum de sc̄a · d · Tu es rex
iudeoꝝ · Et rn̄dit · dicis h̄ a te · an a
lij tibi dixerunt de me · s · q̄ ego sū
rex · Pylatus rn̄dit · Ego nō sum
iudeus · sꝫ gens tua de qua natus es
et pontifices tui tradiderūt te michi
· d · q̄ dices te regē esse iudeoꝝ · q̄ fecis
ti · q · d · est ne alia causa nisi ista · Il
le dix · Regnū meū nō est de hoc mū
do · i · terrenū · sꝫ celeste · Et pylatus
ergo rex es tu · Rn̄ · ait · Tu dicis q̄

rex sum ego. Tunc pylatus exiens
ad iudeos dixit. Ego nullam causam
inuenio in homine hoc. Credebat enim quod
iudei deberent desistere ab accusatio
ne. Sed ipsi statim addiderunt aliam
causam. quod ipse sua doctrina noua com
mouet et peruertit a uia ueritatis om
nem gentem incipiens a galylea usque
huc. Pylatus uero audiens quod esset ga
lyleus. et propter hoc de iuris dicione hero
dis. misit eum ad herodem regem
galyleum. qui tunc erat in iherusalem
ut ipsum iudicaret suum subditum. hero
des autem interrogauit eum de multis cu
piens uidere aliquod signum ab eo. Iudei
uero qui fuerant cum eo stabant fortiter eum
accusabant. Sed dominus nec herodi nec accu
satoribus aliquid respondit. propter tria. Primo
quia herodes indignus erat ad uidendum se
creta diuina. Secundo quia dominus noluit
facere signa ad peticionem tam malorum
Tercio. ne utilitas sue passionis impe
diretur. Si enim respondisset herodi liberari
poterat. Sed ipse oblatus est quia uoluit.
Herodes autem uidens quod non proficeret. quod non
sibi quod eum poterat liberare et contempnere
nec accusatoribus contra se factis uellet respon
dere reputauit eum fatuum. et repletus a
se ut remitteretur ad pylatum. Tunc
milites herodis ut totaliter ostenderent eum
fatuum induerunt eum ueste alba et
illuserunt et sicut fatuo. clamantes
diu super eum. fatue fatue. Et sic indu
tum ad iudicium fatuitatis legatum duxerunt
ad pylatum. ut de eo faceret sicut ue
llet. Ob hanc autem causam herodes
et pylatus facti sunt amici. qui prius
erant inimici. Tunc pylatus dixit
iudeis. Ego nullam causam mortis in
uenio in homine isto. Sed neque herod
es. nam remisit illum ad me. id est. nul
la in eo causa mortis inuenta. Facti
am eum flagellari et flagellatum di
mittam. Forte hoc dixit. ut saciati
hac pena desisterent ab accusacione
ista. Sed ipsi statim clamauerunt. cruci
fige eum. Mira res. Pylatus infi
delis iustior est iudeis fidelibus. Ille no
lebat innocentem condempnare. ista sola in
uidia ut occideretur clamabat. Sic ho
die multi diuinis obsequiis deputati. et
precellunt alios ordine et dignitate de
teriores sunt laycis. et minus erubes
cunt peccare. Pylatus autem clamo
re dixit eis. Quam accusacionem nou
am defertis aduersus eum. Ipsi autem pre
dictis accusacionibus addiderunt. quod
filium dei se dixit. Tunc pylatus mag
timuit et quesiuit ab eo unde esset.
Cui christus non respondit. Et pylatus michi
non loqueris. Nescis quia potestatem ha
beo crucifigendi et dimittendi te. cui
dominus. Non haberes potestatem aduersum
me. nisi tibi datum esset desuper a deo
Et ideo qui tradidit me tibi. scilicet iudei
maius peccatum habet. Quia ille sola
nequicia peccauit. tu uero timore
siquidem. In quo notatur quod circumstan
cia aggrauat peccatum et attenuat. Ad
huc autem pylatus uolens inuenire causam
dimittendi eum dixit iudeis. Consue
tudo est. ut dimittam uobis unum in pa
scha. quem ergo de duobus uultis uobis
dimitti. Regem iudeorum an barrab
am. qui erat latro et propter homicidium
erat in carcere. At illi dixerunt. Dimitte
te barrabam. Et pylatus. quid ergo fa
ciam regi iudeorum. et illi. Crucifige eum.
Et pylatus regem uestrum crucifigam
scilicet innocentem. Qui dixerunt. Non hab
emus regem nisi cesarem. Si hunc dim
ittis non es amicus cesaris. Pyla
tus uero. quod uidens quod nichil proficeret.
fecit dominum per ministros. scilicet nudum ligari
exceptis femoralibus ad quandam lapi
deam columpnam in platea ciuitatis
ut pena eius lapis ab omnibus uide
tur. Et fecit ipsum flagellari corrigiis

audie

totum

nodosis · ante et retro · ita quod corpus
eius erat lividum vulneratum · et
sanguine madefactum · Ad hoc apparent in
columpna vestigia cruoris ¶ Fecit autem
ipsum flagellari · quia erat statutum
a romanis · ut crucifigendus prius
flagellaretur · Hoc facto milites pyla
ti · duxerunt eum sic cesum · in pre
latorio pylati coram iudeis et expecta
tibus · ¶ Cui precepto non dum saciati
suggesserat militibus · ut et illude
rent tamquam regi · Tunc milites
sertum de spinis acutissimis fecerunt
quod posuerunt super caput eius · tamquam coro
nam regi · Et dicunt quod eam viderunt sic
iste de vittis marinis · Quorum acies ni
mirum dura est · et penetrativa · quasi spi
na · Illi autem aculei · cruorem de capi
te eius extrahentes · Arundinem et in
in manu eius dederunt tamquam sceptrum
Clamide coccinea ad similitudinem
purpure · qua reges utebantur eum in
duerunt ¶ Tunc inter dicebant · Tu
dicebas te esse regem iudeorum · modo
es coronatus · et ornatus · sicut decet
talem regem · Sed aliqui nequiores
accipiebant arundinem de manu eius
et percuciebant caput eius · Aliqui vero
sic saciati tamquam nequissimi dabant
ei alapas · percuciendo ei modo unam
maxillam modo aliam · Et dum age
rent hec supervenit pylatus · videns

afflictum

quod eum tam graviter vulneratum · sic fa
ctum lividum · sic doloribus repletum
ut nec pedibus stare · nec pedibus sta
re · nec bene ambulare posset · cogitavit
si iudei eum talem viderint · et eius
innocentiam audierint · nisi fuerint
lapidibus duriores absoluerent eum ·
Et sic duxit eum foras ad plateam
ubi erat multitudo expectans adu
entum rei · Et ondidit eum omnibus ta
liter coronatum ita crudeliter tracta
tum et vulneratum dixit · Ecce adduco

vobis eum foras · ut sciatis quod nullam
causam invenio in eo ¶ Pontifices vero
cum ministris clamaverunt · dicentes crucifige
crucifige eum · Et ad hoc ipsi alios
provocabant · Tunc dixit pylatus
· tollite eum vos et crucifigite · Et illi
nos legem habemus · et secundum legem no
stram debet mori · quia filium dei se dixit
· Et si eum dimiseris non eris amplius
amicus cesaris · ¶ Pylatus vero au
dito verbo timuit · scilicet incurrere iram
cesaris sed non dei · Et accepta aqua
lavit sibi manus coram populo · dicens · Innocens
ego sum de sanguine huius iusti · Et po
pulus respondit · Sanguis eius · scilicet ulci
o debita · pro effusione sanguinis huius
veniat super nos et super filios nostros
qui non credentes · quod pro hoc peccato punien
tur adeo vel dyra ¶ Tunc pylatus
dedit sententiam · ut crucifigeretur et morte
latronum moreretur · Unde et eadem
hora duos latrones simul ad mor
tem condempnavit · O iniusta et male
dicta sententia · et equitas simulata · dice
bant pylatus dominum esse innocentem et
iustum · et dicebat quod per invidiam tradi
dissent eum · et tamen ad mortem eum conde
mpnavit · Faciebat manifeste contra iu
sticiam · et volebat videri iustus · Si
mulator erat sive ypocrita · qui dicit
quod agit · et si aptum sit malum · volt
tamen iustus ab aliis reputari · Et ideo
dominus hoc peccatum reputans gravius sit ·
· quod super omnia alia · quia non solum deum offen
dit · sed etiam peccatum esse iusticiam dicebat
et de testatur in malachie · Ve vobis ypocrite
de vobis ¶ Lata igitur sententia contra xpm
a pylato · Milites exuerunt eum cla
mide purpurea · induentes eum vesti
bus suis · et tollentes coronam de capi
te eius reposuerunt super humeros eius
crucem · ut portaret eam usque ad lo
cum ubi erat crucifigendus · ut eius
continua visione · et portandi fatiga

cione grauaret tam intus quam ex
tus. Et alii duo compnati cum eo
simil. cum suis catenis in collo posi
tis cum eo ibant. ut ex illorum societa
te amplius diffamaretur. Videba
tur enim eisdem criminibus esse condem
pnatus. Multitudo autem maxima
populi. tam iudeorum quam gentilium seq
batur eum. Aliqui autem ut insulta
rent et illuderent gaudentes de pe
nis eius. Aliqui ut uiderent si se de pe
na liberaret. vel si moriens aliquod mi
raculum faceret siue ad quem finem deueni
ret. ¶ Sequebantur autem eum mul
te deuote mulieres. sibi compacien
tes et plorantes. et pre nimio dolo
re pectora percucientes. quibus ipse
dixit. Filie iherusalem. nolite flere super
me. sed super uos. et super filios uestros
. Quia ueniet dies in quibus dicent.
beate steriles. que non genuerunt. et que
filios non lactauerunt. quasi diceret. No
lite flere de morte mea. quia cito
resurgam. sed flete destructionem ciui
tatis uestre. que funditus distruetur propter
peccatum quod ciues eius operantur in me.
. Et cum transissent aliquantulum ciu
itatem. inuenerunt quendam nomine
symonem. uenientem de uilla. quem mi
nistri pylati cogerunt. ut portaret cru
cem ihesu. Erat enim ihesus ita debi
litatus propter penas precedentes. quod
eam portare non poterat. Et sic per
uenerunt in montem caluarie. et fixe
runt per ordinem tres cruces. et cru
cem domini in medio. ita quod haberet v
num latronem a dextris et alium a sinis
tris. Et primo crucifixerunt alios
duos. ut christus audiendo dolores et
clamores eorum magis horreret cru
cem. Quibus crucifixis milites spo
liauerunt ihesum omnibus indumen
tis. ita quod remansit omnino nudus
exceptis femoralibus. quas uestes

inter se diuiserunt. Et quia ipsi erant
quatuor. fecerunt quatuor partes. ut quilibet
partem suam acciperet. ¶ Erat autem inter
uestes vna uestis. facta opere reti
culato. et desuper contexta per totum. Ibi
est ihesus pannum aliquem ex cubitis
super humerum positum. ad modum cor
rigie in pelliciis. et ideo non poterat
scindi. Unde miserunt sortem cuius esset
. vt vnus eam integram haberet.
Quo facto milites leuauerunt eum
in cruce. et confixerunt ambas ma
nus in brachiis crucis cum clauis ita
grossis et longis. quod ex wlnere ip
sorum. caro et sanguis interuaverit li
gnum. et ultra lignum apparebant
claui sanguinolenti. et ex wlneribus
manuum fluebat sanguis usque ad
terram. ¶ Deinde accipientes pe
des. ita fortiter traxerunt versus terram
quod omnes coste eius poterant numerari
. Et quia lignum crucis a deo erat
arctum. quod duo pedes singulariter non
bene poterant configi in eo. posuerunt — vnum pedum
super alium. et cum vno magno clauo
confixerunt ambos. Et cum dominus pende
ret in cruce. et crux et terra eius san
guine perfunderetur. pontifices scri
be et seniores iudeorum illudentes ei
dicebant. Alios saluos fecit seipsum
saluum facere non potest. ¶ Si rex ysra
el est. descendat nunc de cruce et cre
dimus ei. Sed mulieres qui transibant
blasphemabant eum dicentes. Si filius dei
es descende de cruce. Et statim cru
cifixo domino. quod fuit hora vi. tenebre
facte sunt super vniuersam terram usque
ad horam nonam. Et sol obscu
ratus est. Nec mirum quia ille sol
a quo habet lucem pendebat. et
petre scisse sunt. Et terra fortiter tre
muit. et uelum templi scissum est
a summo usque deorsum. quod erat ante
fores templi appensum. ad tegendum

fores. Et 𝔭 mutus uelū. ut dicit Jo
sephus. Et in ew° nazareor dicit q
infinite ymagines qui erant sup
liminare templi fcē sunt ¶ Stabā
bant aūt mr eius. et alie marie et m
ulieres. que secuta uero eum a lon
ge. pp timore ppli. Videbant autē
omīa que ɔtra dnm̄ fiebant. Rcp
entibz aūt illis mirabilibz omīs
pplus recessit ¶ Pylatus aūt fece
at scribi in quadā tabla talem ty
tulum. Jhūs nazarenus rex iudeo
r. Hanc tabulam fecit affigi cruci.
ut appereret sup capud xpi. Mūi scp
turā multa sequunt. Et erat scptu
ebrayce grece et latine. Et nota q
crux nō hēbat lignū sup trāsuersū
altq. ƺ habebat formā. T. ƺ pyla
tus supposuit cauillā et tablam ĩ
qua erat tytulus et affixus sicut
T. Dicunt aūt in cruce fuisse. iiij.
ligna scdm diuisitatem. forte ligno
r. s. lignū erectum trāsuersum. ta
bla supposita. Et truncus quidā
cui infixa erat crux xpi. Ligna fue
runt. ut dicit. Palma. cypressus. oly
ua. 𝔩 pinus. Cedrus tytulus tm̄ cp
tabat. Ideo crucifixus erat. quia
erat rex iudeoꝝ. Et post recessum
ppli. dns orauit p eis. d. Pr ignos
ce illis. quia nesciunt qd faciunt. P
ostqꝫ vba latro. qui erat a sinistr
eius sicut fuerat malus in uita.
sic malitie sue nō oblitus ĩ morte
blasphemauit xpm. d. Si tu es xps
salua temet ipm et nos. Insultando
loqr. q. d. Tu dicebas te eē xpm.
modo bn̄ appet quomō sit. quia si
esses saluares te 𝔩 nos. qd facere ñ
potes ¶ Dominꝰ nō michil rndit
ƺ alius latro qui erat ĩ dextra pte
fuis est aduocatus eius ɔ xpo fi
ret. et rephendens illū ait. Neqꝫ
tu times dm̄ cū sis nobiscū ɔrep
natus ad mortē. Et tu et ego dig
quidem fus recipim̄ .i. talē mor
te bn̄ meruim̄. ƺ hic nō qꝫ michi
mali fecit ¶ Conuertens se ad xpm
ait. Memēto m. dn̄e. cū ue. in regnū
tuū. Ecce iste latro fecit. v.ͥ. quibꝰ
ueniam meruit et gloriam ĩpetra
uit ¶ Pͦ. blasphemātē increpauit.
¶ iiͦ. se accusauit ¶ iiiͦ. ipm excusauit.
¶ iiiiͦ. ueniā postulauit ¶ vͦ. fidem
qd de xpo habuit audacter nūciauit
d. Dn̄e cū ueneris in regnū tuū. V ide
bat eum mortalē. et ɔfitebat re
gem eternū .i. vm̄ dm̄ et verū ho
minē. Et ideo xpus statim rn̄dit
Hodie mecū eris ĩ paradyso. hoc ē
dicē. post mortē meam aīa tua er
it mecū vbicumqꝫ ero. et uidebit di
uinitatem meā qd est = in paradyso
Attende penitentis mirabilē dig
tatem. et saluatoris ineffabilem
largitatem. latro petebat solū
sui memoriam. et habuit omīū pcco
r suoꝝ ueniā. et cū hoc eternam
gloriam ¶ Hys itaqꝫ pactis. mat
eius q stabat a longe uidens q mu
ltitudo ppli recesserat. uenit ad fi
liū cū duobz sororibz suis. et ma
ria magdalena et iohē. et Johē e
wangelista ¶ Johes nō posuit se sub
brachio crucis sinistro et beata vir
go cū sororibz sb dextro. Et omibz
tacentibz nec p doloribus ualen
tibz. Dns sciens matrē pdidisse
obsequiū sponsi. et statim pdere
solaciū filij. aliqualiter eam ɔsolai
dixit. Mulier ecce filius .t. loqui
tur de Johē .i. hunc hēbis loco fi
lij. et ad ipm recurrens in omi
bz tuis agendis sicut ad filiū.
¶ Deinde dixit Johi. Ecce mr̄ tua
.i. curā eius habebis. sicut filꝰ
de bona matre. Et illa ex hora.
Johes accepit eam ĩ curam suā

ut semper ei assisteret semper seruiuit
Mater autem noluit ante mortem fi
lii a cruce recedere. unde ea presente cum
societate. s. xpus dolore vulnerum sua
crescente et morte appropinquante. clama
uit fortiter. Deus meus ut quid me
dereliquisti. Dicebat autem se derelictum
quia tot a patre videbat se calami
tatibus expositum. Vel quia passio
sua. quasi inutilis videbatur eo quod de toto
genere humano unus solus appendebat cre
dens in eum. s. latro. Et paulo post hec
verba dixit. Sitio. Mater non sine ali
qua de societate eius non permaneret
scilicet quod non potavit nec habebant. Et cru
cifixores obtulerunt more eius mi
dam spongia acetum. sicut dicit unus
euangelista. Alius dicit quod fuit vinum
mirratum. hoc solum vult dicere quod
quod talis potus fuit quod cum dominus gustasset
et ad gustum sensisset eius amaritudinem
noluit bibere. Modo vide quanta iniquita
humani generis erga creatorem suum. Ip
se enim est qui omnes potat et passus
in cruce moritur. Sic enim mori poterat
a siti. sicut de vulneribus. Et post ta
le gustatum dixit. Consummatum est. s.
humane redemptionis opus et omnis
prophecia loquens de passione et mor
te mea. Ex quo habemus exemplum
quod qui in cruce penitencie ascendit non de
bet inde descendere donec in morte dic
at. Consummatum est. s. opus penitencie me
e. Et postea clamavit statim voce
magna dicens. Pater in manus tuas com
mendo spiritum meum. Et inclinato capi
te emisit spiritum. Jam erat vi hora ho
ra et remansit corpus in cruce usque
ad vesperam. Modo attende mirabi
le testamentum quod deus fecit in fine vi
te sue. secundum ambrosium. Primo vesti
menta crucifixoribus dedit. Secundo corpus
suum cruci. iii paradysum latroni. commen
dat. iiii matrem desolatam discipulo

consolandam et gubernandam commen
dat. Quinto inimicis pacem obtulit. qui
pro ipsis oravit. vi. spiritum et animam in
manibus patris commendavit. ad apta ista
Nota quod sicut adam vi. die. et
hora vi. peccavit sic xpus eadem
die et hora passus est. s. iii die mar
cii et eadem die nunciatus est xpus.
et sicut adam domino ambulante in pa
radyso et ad auram post meridiem
obtinuit veniam peccati. Sic dominus
mortuus est post meridiem in hora
nona in reconciliacione generis hum
ani. quod fuit ut per reuertetur culpe et
mitas umbre. Mortuo igitur domino et in
de cum sollatibus nunc corpus domini per se
uerante. Et de cum iam sero fuisset et a
licet illi post vesperas venerant unde
pylati ad deponendum et sepeliendum
corpora crucifixorum. Et quia invenerunt a
bos latrones adhuc vivos fregerunt coxas
crura. ut statim morirentur. Venientes
autem ad xpm. et quia invenerunt eum
mortuum non fregerunt eius crura. Sed
unus militum. s. de crucifixoribus lan
cea latus eius aperuit. et intulit gra
ue vulnus in latus eius. forte cogita
uit adhuc non esse mortuus. et si esset
vivus vult faciam quod moreretur. Et quo
niam mortuus esset preter consuetum mo
dum. exivit de latere eius sanguis et
aqua. Et dicit quod sanguis ille descendit per
lanceam usque ad manum percucientis
et cum ille posuit manum ad oculos. clare
vidit cum prius caligassent oculi eius
Quod fuit ex voluntate divina. ut si
cut de latere dormientis ade formata
est eva. Sic de latere xpi in cruce so
pno mortis dormientis formata et
conducta est ecclesia. Sanguis. n. signat. recon
ciliacionem et redempcionem nostram per san
guinem suum. Aqua vero baptismum sig
nificat. per quod a peccatis mundamur. que
habet suam efficaciam a sanguine xpi. Et

est. in

coxas

ideo sanguis et aqua simul de aqua
de eius latere exierunt. Quo facto et
duo discipuli eius .s. joseph et ny
chodemus de lycentia pylati deposuer
unt corpus eius de cruce. Involventes eum
lintheaminibus albis et novis cum un
guentis aromatibus secundum morem iudeorum
et posuerunt istud in monumento novo
in quo nullus umquam positus fuerat et
erat excisum in petra in loco ubi cru
cifixus est dominus. De dispositione et condi
tione sepulchri quere in passchate
. Et advolventes lapidem magnum
ad hostium monumenti abierunt. Si
militer virgo beata que cum societate mulie
rum sepulture assumpto Johanne et una
de sororibus rediit tota lassa. extensi
one pectoris et fletu ad apostolorum hos
picium. Maria magdalena cum alia
sorore remansit ad monumentum ut
viderent qualiter unguentum possent corpus
domini. cuius haec est hystoria passionis. Nota
quod christus ex passione sua dat nobis
octo documenta. Primum est ut sibi
gratias agamus de hiis que pro nobis su
stinuit. et de bonis que ipsam passi
onem consecuti sumus. Secundo ut ex con
sideratione ardentis amoris quem in
passione ostendit super omnia diliga
mus eum. et ut igniculum nostri am
oris illo tam grandi igne accendamus.
Tertio ut quod deus odiat peccatum cognosca
mus. pro quo tollendo voluit filium
tam graviter cruciari. tam crudeliter oc
cidi. Quartum ut quod gloriosum sit regnum
celorum per hoc cognoscamus. pro
nobis acquirendo sic oportuit pati christum.
Quinto ut exemplo christi non erubescamus
in corpore nostro tribulationes et miserias
pro peccatis nostris. cum christus non pro suis. sed
pro nostris tot pertulit passiones. Sexto
ut ex consideratione pene quam pro nobis sus
tinuit. que michi mirum per miram rep
utemus. Septimo ut sciamus per quod nu

trimur in celum. que per penitentiam cari
tatis et asperitatis. Octavo ut firmiter
credamus deum largum esse in misericord
ia. qui sic affluenter sanguine suo fudit
et pro nostra miseria. et multa alia de quibus
dicitur alibi habes. In terra ostendit tibi
ignem maximum suum. Nota quod dicit
exemplum de cedro rege. Ecce mira
bilis amor. ut dimissa veste glorie
. et decore regali. assumeret vilem
habitum. et corpus pecculium et stati
onem paupertate. et humilitate plenum.
quod fecit ignis amoris. quem hodie ma
xime ostendit. quod tam pro nobis acerrimam
mortem tulit. Maiorem hac dilectio
nem nemo habet. De qua morte
ad presens loquendum est quantum ad tem
pus. quantum ad modum. quantum ad tormentum.
et quantum ad fructum. Quantum ad te
mpus. Nota quod fuit mortuus circa
horam nonam. et hoc triplici ratio
ne. scilicet ut manifestaret amorem suum.
suam operationem. suam virtutem. Primo
ut manifestaret suum amorem. tempus
enim istud caloris est quod aliquid hora
diei. quia tunc sol est in vertice ascen
su. et quanto plus ascendit. tanto plus
accendit. per quod designatur fervor cari
tatis per quem movebatur. Secundo ut ma
nifestaret suam operationem. Ipse
enim morte sua sanabat genus hu
manum. hora autem sexta. et feria
vi. homo peccavit. per cuius peccatum totum
genus humanum mortuum fuit. sed per
mortem restitutum est. et quantum ad vivi
ficata. qui mortui sunt per peccata. Exemplum
de pellicano. Et quantum ad exeuntes de limbo
Exemplum de destructione ... et exemplum de ar
bore crucis. iuxta cuius pedem dicitur
fuisse caput ade. Tertio ut manifesta
ret suam virtutem. Mortuo enim christo
sol eclipsatus est. et ideo si fuisset
in nocte. hoc non fuisset manifesta
tum. nec mirum si fuit eclypsatus mo

1 et umbraculum et solacium. pro quo de
ut esset in signum

riebatur enim ille. a quo huiusmodi lucem
suam ¶ Tercio debemus loqui de passione
domini quantum ad modum. Fuit enim ele
vatus triplici racione. scilicet ut esset in
signum ad quod colligeremur. Homines
enim ante adventum Christi erant dispersi per di
versos errores ydolatrias. Ideo ipse ele
vatus est ut ad ipsum tamquam exercitus
dispersus colligeremur ¶ Secundo ut esset
in umbraculum. ut sub umbra eius
a tempore diuturni caloris quiescamus. Sicut
dicitur de aliquo. Ipse stat sub umbra
talis domini. Et hac de causa ipse stat
cum brachiis extensis. quasi diceret. Paratus sum
omnes defendere. qui ad umbram meam
confugient ¶ Tercio in solacium. ut sibi consolacion
es in nostris pacientiis suppetamus. Quis
est videns Christum nudum. pauperem. in
firmum. debilem. derelictum ab omnibus.
afflictum in omnibus. qui non pacienter
sustineat contrarias adversitates. et ideo debe
mus eam in signum habere ¶ Item fuit
lanceatus. et racio huius fuit. quia in
tencio eius erat. accipere eius vitam. Vi
ta autem secundum diversorum opinionem in
diversis partibus est. Dicit enim quidam
quod vita est in capite. et ideo percusserunt
eum in capite laceraverunt eum. Quidam
dicunt quod est in corde. et ideo latus eius
lancea aperuerunt. Quidam dicunt quod
est in sanguine. et ideo totum eius sangui
nem effuderunt per diversas corporis partes
¶ Item fuit denudatus. et hoc quadam
duplici racione. scilicet racione fervoris et
consolacionis. despectionis et attractionis
¶ Primo racione fervoris. in estu enim
magno homo proicit vestimenta. Ideo Christus
quia totus fervebat amore huma
no. quasi ipso inebriatus expoliavit se
secundum illud Trenorum 4. Ad te perveniet calix
et inebriaberis et denudaberis ¶ Secundo ra
cione consolacionis. nullus enim potest conqueri
de paupertate. Si rex Anglorum ita pa
uper fuit quod nec camisiam habuit. vix et

in hoc mundo est aliquis ita pauper
quod sic nudus moriatur ¶ Tercio racione de
spectionis. omnia enim mundana despe
xit. et nichil secum asportavit. Secundum illud
Job primo. Nudus egressus de utero matris
mee et nudus revertar. ¶ Quarto racione attractio
nis. Ille enim qui trahit magnum pon
dus vestimenta deponit. Dicit dei filius
quod magnum pondus trahebat. scilicet pecca
tores ad se. Joh. 12. Ego si exaltatus
fuero a terra traham omnia ad me. Ideo vesti
menta deposuit. et nudus in cruce fu
it ¶ Quarto debemus considerare mortem ipsius
quantum ad tormentum. Circa quod nota quod in
ter omnes eius penas pena mortis. fuit ma
ior penis aliorum sanctorum triplici racione.
scilicet racione voluntatis puritatis et adver
sitatis. Racione voluntatis quia vo
luntarie penas tulit. quia enim to
tum genus peccaverat humanum. totum
puniri debuit. Ipse enim salvator
noster volens satisfacere patri omni
um penas in se assumpsit. Ysaias. Dominus
posuit in eo iniquitates omnium nostrum
¶ Secundo racione puritatis. Pena enim
ipsius fuit pura. Sed in aliis sanctis
vires inferiores elevabantur per contem
placionem superiorem. et sic dolor miti
gabatur. sicut patet in Laurencio
qui in tormentis ridebat. Sed in Christo non
sic. ymo utramque virtutem. sua propria
dimisit ¶ Tercio racione adversitatis. quia
in Christo fuit magna adversitas et pug
na inter carnem et spiritum. Nam caro
mortem fugiebat. Spiritus autem ad mo
rtem ibat. et dum oraret. factus est
sudor eius. ut gutte sanguinis in ter
ram decurrentis. Erat enim in agoni
a. ut dicit Anshelmus. Angustias
corporis certissime indicabat iste su
dor. sanguineus qui tempore orationis de
tua sanctissima carne decurrebat in ter
ram. Et ideo ipse tamquam carnis ad
vocatus dicebat. Tristis est anima

Nota q penā augetur ex parte infer
entis · qui vilis erat · Ex parte sus
tinentis · sicut qn princeps patitur si
cut rusticus · Ex parte loci in quo patit
quia in fetore cadauerum · Ex parte membrorum in
quibus patitur · quia in locis neruosis · ex
parte diuinitatis et magnitudinis cor
poris · pro quo dolor semper renouatur · Ex a
ffecta ista que pia mater · pijs oculis co
siderans dicebat · O me O me · Currite
te virgines ad virginem · matres ad
matrem dolentem · Et dolores meos scire
dolores · scribite cum lacrimis · ✝c̄.
In ierusalem eram quando audiui quod captus
esset filius meus · Statim quam citius
quo potui ad filium meum perueni · et cum
uidisse illum pugnis percuti alapis
cedi · facie conspui · commota sunt omnia
uiscera mea · defecit in me spiritus meus
neque erat in me vox neque sensus ·
Dum autem ducebatur ad crucem · pre
iciebant lutum super eum · et clamab
ant post eum usque ad locum ubi cru
cifixus est · Ipse autem me vidente · et e
go eum · est eleuatus in cruce · qui me
respiciens dolentem plus de me quam
de se dolebat · Clamabam heu fili
mi quis michi det ut ego moriar
pro te · Filius mortem cum secum mitiga
mater non moritur · amor vince fili
dilectissime noli me derelinquere tra
he me ad te · ut ego tecum moriar
noli me preterire · O mors nichil michi
ita iocundum sicut quod moriar cum fi
lio meo · O iudei crudeles matrem e
tiam crucifigite · quia sine filio meo ulterius
viuere non possum · Cui dominus lacri
mas ait · O mulier cur sic ploras
Tu scis quod ad hoc veni · et propter hoc car
nem accepi · ut per crucem salua
rem genus humanum · Ego moriar
solus et totus viuificatur mundus
quod deo patri meo placet tibi ergo non
displiceat · Mater noli flere dul
cissima mater · commendo tibi filium qui
te diliget · tui quam curam habebit · scilicet
Johem · Quarto delem pena christi considera
re quod ad fructum quadrupliciter nota ·
Primo pro ipsa culpam purgatur ·
Nam ipso vero sacrificio · quod quod erat
culparum deleuit · Tertio amicitia resti
tuitur · ideo dicit apostolus · Reconci
liati sumus deo per mortem filij eius
Unde extendit in altum manus suas
· quasi porrigens patres ad patrem · pro recon
ciliatione impetranda · Tertio porta a
peritur · hic cadit exemplum de desce
ctione salomonis et cum dixit Iacob
fratribus suis · Ecce morior et dominus
erit vobiscum reducet quod vos in ter
ram vestram · Quarto potestas dyabolica
diminuitur · hic cadit exemplum de iudeo
iacente in templo dei · In die sabbati ī dic tabb
Uespere autem sabbati · que lucescit in prima sabbati · venit
maria magdalena · et altera
maria · videre sepulchrum · Mattheus · Ultimo he
ri sero · i · post vesperas fuit sepultus
dominus noster et iacuit in sepulchro to
ta nocte precedenti · et hodie per totam
noctem die et nocte sequenti usque
ad medium · qua hora surrexit · ita
quod fuerunt · xl · hore secundum Augustinum in libro
quarto de pascate · et de · re · de sabbato et
· ri · de nocte dominice · Et propter hoc officium
ecclesie nocte preterita · et hodie non solum
est de sepultura · Sed et de resurrectione ·
que tamen hodie facta non est · Ad hoc
dicendum · quod missa que hodie cele
bratur · non est de sepultura aut de mor
te domini · quia de hoc fieri non posset · Sed
et de resurrectione · licet hodie facta
non sit · tamen ecclesia · propter gaudium resurrecti
onis peruenit noctem suam · et coniun
git eam cum hora · 9 · huius diei · ut po
sset tempestiue gaudium dominice re
surrectionis celebrare · Uerum igitur evangelium
loquitur de sepultura domini que

que usq; hodie in veritate durat
et de resurrectione eius que nunctiata
e nulla fideles letificavit. Dicit
ergo evangelium. quod vespere sabbati. i.
in nocte que est inter sabbatum et domini
cam. Maria magdal. cum una sorore
virginis. que vocabatur maria.
quia fuerunt due sorores eiusdem nomi
nis. Et sic fuerunt tres marie. que
tercia arripuerunt de ihrlm et vener
unt ad videndum sepulchrum domini. i.
ut viderent qualiter possent sine impe
dimento custodum accedere ad eum.
et possent videre et ungere corpus domi
ni. Et pervenerunt illuc. cum iam dies
inciperet aliquantulum clarescere. Por
taverunt autem secum ungenta pre
ciosa. ad corpus domini ungendum
secundum morem iudeorum. ne inde fetor
exalaret. sed odor. ut sic possent di
u ibi stare sine tedio et flere. Iste
bone mulieres. non dum erant in fi
de perfecte. Putabant autem eum adhuc
mortuum in sepulchro iacere. quod crede
bant credere a mortuis resurrexisse. tamen
in illis caritas devocio commendatur. Primum
quia de domino suo mortuo tantam sollici
tudinem habuerunt ut pro eo ungendo
tam diligenter ungenta pararent. tam
tempestive venirent. Secundo. quia venientes
ad sepulchrum. non solum cupiebant
dominum ungere. sed etiam tangere
et super eum flere. et de ipso. et ad disci
pulos bonum nuncium reportare. Tercio quia
videntes monumentum tam grandi lapi
de clausum. non recesserunt ad aufer
endum. sed levaverunt oculos ad dominum
ab ipso adiutorium postulantes. Quare
quare dominus voluit corpus suum in
sepulchro reponi. cum tercia die deberet
resurgere. et non potius ordinavit
quod portaret ad domum matris et disci
pulorum. et postea coram eis resurge
ret. ut sic tamquam presentes essent tes
tes veri resurrectionis christi. Dicen
dum quod dominus noster aliorum more sepeliri
quod in hijs actis usq; ad horam resurrec
tionis. custodiri voluit. propter tria. Primo
quia sicut probavit se esse verum hominem in
cruce moriendo sic voluit probare mo
rtem suam per manifestam et visita
tissimam sepulturam et morientium. Secundo.
quia nullus articulus fidei tam antiquus
et quasi modo novorum sepultura eius nisi
unus. Unde si non fuisset more mor
tuorum sepultus in manis videretur ille
fidei articulus. Tercio. quia melior est proba
ta eius resurrectio a mortuis resur
gendo de sepulchro clauso. et signato cum
custodia armatorum. Et non quod sicut
mors eius fuit nobis in remedium. sic sep
ultura in exemplum. Primo hec fac
ta est cum multe habundancia. et
ungentorum fraglancia. in signum. quia
in morte aliquando sepeliantur. debent esse
involuti per munda. quod per mirram intelligitur.
Et tales nos in conversacione exhibere
coram omnibus. et post sepulturam
remaneant apud viventes odor
bone fame. et bone vite preterite. Illi
enim qui in peccatis vivunt. et in eis vi
tam finiunt. sicut coram deo et hominibus
sunt fetidi in vita. sic moriendo relin
quunt post mortem fetorem. Secundo. quia
sicut facta est in orto. et a sanctis viris
s. Joseph et Nychodemus. sic eorum exem
plo. libenti deberemus esse in orto. religio
nis ubi sunt viri virtuosi. velud arom
ata redolentes. Tercio. quia sicut dominus
per sepulturam factus est de consorcio sepul
torum. ita resurgendo dedit nobis in
telligere. quod qui cum eo sepulti sunt
per penitenciam resurgent cum eo per gloriam.
Sequitur quod cum dicte mulieres ve
nissent ad sepulchrum. terre motus
factus est magnus. i. iam factus erat
domino resurgente. Et tunc angelus
domini descendit de celo. et revolvit

lapidem sepulchri · et sedebat super
eum · Erat aspectus eius sicut fulgur
· et vultus eius vestimenta eius sicut
nix · Custodes autem sepulchri positi
per iudeos in adventu · et aspectu ange
li · sic exterriti sunt · quod ceciderunt in
terram · et stabant velut mortui · sci
ti quamvis angelum viderint · et dominum
resurrexisse scirent · tamen corrupti
pecunia a principibus sacerdotum dixerunt · quod discipuli
ipsis dormientibus · furati fuerant
corpus domini ¶ Hic nota de falsis testibus
· Mulieres non erant aspectum angeli non te
tiderunt · sed ex reverencia et verecun
dia vultus declinaverunt in terram
Hic sunt multa notabilia ¶ Primum
est quod qui accedit ad corpus christi su
mendum debet die una sabbati · id est ipsa
de pectoris · et debet ibi esse maria
· id est amaritudinis plena · et debet habere
aromata et bona opera et bonam
famam · Alioquin indigne accedit
¶ IIus est quia exemplo earum debemus
specialiter in rebus dubiis in tribulati
onibus in omnibus in quibus non est
nobis humanum auxilium · semper debemus
implorare divinum · Per alia · Cum igitur
vam dei c ¶ IIIus est quod sacerdotibus
nunciantibus verbum dei · et bonis
religiosis qui omnes in sacra scrip
tura angeli nominantur debemus mul
tam reverentiam exhibere · monita ip
sorum libenter audire · et cum devotio
ne suarum orationum suffragia im
plorare ¶ IIIIus est quod locum ubi corpus
christi conditur · reponitur et conservatur
· id est ecclesiam debemus libenter visitare ·
¶ Sequitur quod angelus confortans mu
lieres dixit · Nolite timere vos · quasi
dicat · Illi timeant apparere coram christo
et angelis eius qui eum offendunt · sic
ut isti custodes · Vos autem qui ip
sum cum pietate queritis non time
atis · Scio enim quod ihesum qui crucifi
xus est queritis · Surrexit sicut di
xit vobis non est hic · ¶ Tria verba
dixit angelus ¶ Primum est · Scio quod
ihesum queritis qui crucifixus est ·
Non sufficit angelo dicere · Queritis
ihesum · sed addidit · qui crucifixus est
etc. q. d. Licet ipse est salvator · quia cru
cifixus est et semper mente retinea
tis · quod per crucifixionem estis salva
ti · Et inde est quod eciam inter gaudia
resurrectionis · semper facit memoriam
passionis · Voluit enim christus beneficium
passionis sue · semper esse ante ocu
los cordis nostri · Unde ad hoc tria me
morialia instituit ¶ Primum est mi
ssa nichil aliud est · nisi representa
cio mortis christi ¶ IIum est signum cruci
um ymagine crucifixi · quod semper poni
tur in medio ecclesie · Ut intrantes semper
recolant se morte christi esse redemp
tos · et de tanto beneficio ei gracias
agant ¶ IIIum est asperitas penitencie que
fideles in corpore portant pro christi nomine
Unde apostolus · Ego stigmata domini mei
ihesu christi in corpore meo porto ¶ IIum ver
bum est · Non est hic · Quod tripliciter exponitur
· Primo est sic · Non est hic · scilicet corporaliter
unde non fatigemini querere corpus
domini · quia non est hic · ut autem michi cre
datis · venite et videte locum ¶ IIo ex
ponitur sic · Non est hic in monumento
qui est locus mortuorum · quia non habi
tat inter mortuos · morte spirituali · ut
sunt viventes in peccatis vel in morte
infernali · ut sunt dampnati · Sed ha
bitat inter viventes vita spirituali si
cut sunt penitentes · Et vita cele
sti ut sancti regnantes ¶ IIIo sic non est
hic · scilicet in monumento q. d. Non tamen que
rendus est hora mortis · dum enim
homo vivit debet eum querere ·
Et sic eum inveniet · in articulo autem
mortis invenire eum cum difficultate
¶ IIIum verbum est Surrexit · non est hic

sicut dixit vobis et eciam discipulis
quia tercia die resurget. In quo ha-
bemus exemplum quod cito debemus resur
gere a peccato. ¶ Postquam autem an
gelus nunciauit mulieribus resurre
ctionem mulieribus resurrectionem
dictam . et instruxit . tunc misit eas
ad discipulos . dicens . Euntes dicite disci
pulis eius . quia surrexit et precedet vos in ga-
lileam . Et ibi eum videbitis . Et sic iste
mulieres debuerunt dicere 3a verba disci
pulis ex parte angeli ¶ Primum est quod sur
rexit dominus voluit angelus sicut bonus
nuncius gloriam resurrectionis dicere
non solum nunciare mulieribus istis . sed et
discipulis et omnibus amicis . quia ea que
ad honorem dei sunt libenter audire
et aliis dicere debemus ¶ Queritur quare xpistus
non exspectauit generalem resurrectionem
ut cum aliis resurgeret . Dicendum quod
propter 3a ¶ Primo ut resurgens et in ce
lum ascendens . aperiret nobis portam
paradysi . Nisi enim prius ipse resurrex
isset et ascendisset firmatus paradysus
nulli patuisset . Vnde expediens fuit
sibi hiis qui in limbo erant . et qui in
mundo nec cito resurgerent ¶ 2o. quia
sicut ipse est caput ecclesie . et dominus omni
um . ita debuit resurgere ante omnes
. Nisi enim cito resurrexisset . quis suam
resurrectionem et nostram crederet . Nec
nostram probat . ut dicit apostolus ¶ 3o. quia
si corpus tam longo tempore iacuisset
in sepulchro omnes xpistiani voluissent
ire ad illud videndum et visitandum
Ex quo contingere poterat magnum
dispendium rei familiaris et periculum
tante peregrinacionis ¶ 4m. verbum fuit
quod precedet discipulos in galyleam . quasi dicat
sicut dixit vobis . ita erit post resurrecti
onem suam in galyleam . que non mi
nus distabat a ierusalem . et ibi exspec
tabit vos in monte . de quo dixit
nobis dum viueret . et loqueretur

vobiscum de hiis que futura erant . Mi
ra bonitas saluatoris . Qui enim tunc
discipulos exspectabat hodie peccatores
ad misericordiam misericorditer exspectat
3m est quia ibi in galilea eum videbitis
Galilea . transmigracio dicitur . quia qui volunt
xpistum videre debent de vitiis ad virtutes
transmigrare ¶ Queritur quare dominus volu
it educere discipulos de ierusalem in galileam
ut cum eis loqueretur et instrueret
eos de hiis que futura erant . hoc idem
facere potuit in ierusalem . Pro . Dicendum
quod fecit propter duo ¶ Primo ad confirmandos
discipulos de sua resurrectione . Ipsi enim
eum pluries viderant in ierusalem et tamen
semper dubitabant utrum ipse esset an
spiritus in persona eius loqueretur . et
ideo duxit eos in galyleam vbi mul
ta miracula fecerat coram eis et per
longo tempore fuerat conuersatus cum eis
ut ex recordacione eorum que ibi fece
rat . de sua resurrectione amplius non
dubitarent ¶ 2o. ad nos instruendos
. ut sciamus cupimus videre galileam . id est in al
titudine glorie sue ¶ Primo sciamus . id est in
pace et ierusalem . sine dubio transi
bimus ad montem celestis patrie . v
bi clara et manifesta est visio xpisti .
apostolus Tunc autem facie ad faciem
sicut est . ad . Cor . xiii . Sermo de eodem

Nolite me vocare Noemi . id est pul
chram . sed mar . quia amari
tudine repleuit me dominus . Ruth . Di
cta hystoria huius verbi . Potest ma
pere amaritudines virginis sic ¶ Pre
quod filius meus inclinato capite tra
didit spiritum . Inter dolores illos mar
tirios . multos habui detractores . sed
nullos consolatores . preter creaturas
insensibiles . Nam sol obscuratus est
petre scisse sunt . Ipsa non virgo ve
lud mortua ante crucem iacebat . ita quod
nec loqui . nec suspirare poterat . Ma
ria magdalena . sicut solebat consolari

So de eade

ad primum verbum incidebat in eam
dolor · et ex vehementi dolore cum eiula
tu et lacrimis cadebat in terram ·
ita quod eius consolatio fiebat doloris au
gmentatio · Sed erat Johanna uxor
procuratoris herodes et quedam alie
que simul ascenderant de galylea · quas
non a deo doloris vis attraxerat · que
sicut poterant xpi matrem consolari nite
bantur · Quibus ipsa post aliqua
lem spiritus receptionem dicebat · Dul
cissime sorores pensate quantus dolor
est videre dei filium et meum pendere in
cruce · cuius passionis gladius ut
predixit symeon meam animam pertran
sivit · Quo dicto iterum in terram cecidit
et quasi spiritum exalasset iacuit · Cum
que per magnam horam sic iacuisset ·
Ecce Joseph et Nichodemus venerunt
volentes deponere corpus ihesu de cru
ce · Quos cum vidisset virgo maria re
sumpto aliqualiter spiritu dixit ·
Joseph tu vis deponere corpus ihesu
filii mei · ideo rogo ut michi ipsum me
stissime tribuas · ut semper meum vale
am habere · Et cum deposito corpore · quod ipsa
ex una parte sustentabat · iuncta ad corpus
dicebat · O caro munda caro pro peccatis
mortua · Caro sine peccato nata · per mo
rtem tulisti peccata · Irruens super corpus
dabat dolorosos vagitus amplexab
atur et osculabatur totum os sanguine re
plebatur que omnia videns semper dol
or renovabatur · Et dicebat · Non crede
bam fili mi talia videre · Sed paucis te
mpore gaudere · O vos omnes qui transi
tis · astatis mecum dicite filium pectore me
cum lugete · Videte quid michi accidit · Vi
dete quid advenit · Videte quomodo
iacet sol iustitie pater pauperum · Rex
anglorum · Quid faciam misera · quem tot
mundus heri venerabatur · hodie ab
omnibus despicitur · Cumque diceret ista
Isti volebant ligare in lintheo cor

pus ihesu · Sed cum unam partem corporis
ligassent et aliam ligare vellent
mater se prosternebat ad alias plagas
que adhuc ligate non erant · et iterum
amplexando osculabatur · et propter
hoc omnes stabant in amaritudi
ne · et precipue maria magdalena que
ut poterat cum ea dolorem ducebat
Dicto quod cunctis in fletu perseveran
tibus sepelierunt illud in sepulchro
Joseph novo quod exciderat de petra
Voluit autem sepeliri in sepulchro
novo et lintheo mundo in signum
quod qui debet eum recipere in corde · quod
est tumulus mentis et non ventris
ut dicit augustinus debet esse mun
dus et renovatus · Voluit sepeliri in
petra et non in terra propter firmita
tem · quia petra erat xpus · Et ad
significationem debet esse petra per fidem
et firmitatem · qui xpm vult in se
recipere · In terra autem noluit sepe
liri · quia corpus istud numquam pec
cato subiacuit · non debuit dari cor
ruptioni · et putredini terre · propheta non
dabis sanctum tuum videre corruptionem
Item quia deus terre maledixit
· ideo corpus tam benedictum · non deb
uit in ipsa poni · Cum ergo sepul
tus esset virgo reducta est domum
non valens sustinere se · Sed beatus
Johannes ex una parte sustentabat eam et alii
hinc inde · Que cum domum redu
cta esset et filium non videret · corruit
in terram · cepit quasi taciter cum lacrimi
is suspirare reducendo sibi ad me
moriam · que prius habuerat · et
quomodo patiebatur · sicut faciunt homi
nes qui de gaudio veniunt ad mi
seriam · Boecius · Infelicissimum
genus infortunii · fuisse felicem ·
et non esse · Dicebat ergo o angele
gabriel · Tu dixisti michi ave et cetera
Et ecce sum plena ve · amaritudinis

et doloris. Tu dixisti. Dominus tecum. Et ecce longe factus est a me. ita ut ipsum uidere non possim. Tu dixisti benedictus fructus uentris tui. Et ecce ab omnibus est maledicta. Elyzabeth dixit. Benedicta tu in mulieribus. Et ecce in felicissima est inter omnes mulieres. In hoc maria magdalena uolens uirginem consolari. uidebatur suos fletus abscondere. sed singultus non poterat occultare. Et cum eam dulciter alloqueretur. inuadebat eam unda doloris. quemadmodum unda maris eos qui tempestatibus obruuntur. et sic cadebat in terram. et quo apud omnis dolor innouabatur. Et quod timebat. ne anima uirginis de corpore exiret. Dicendum quod sola spes quam habebat de resurrectione filii cito futura. Et ut sciatis quod anima christi fecit quando exiuit de corpore. Sciendum quod ad inferos descendit. ut qui sub terra illuminaret. sicut sol qui recedit a nobis et ita illuminaret sub terra. Et quia multiplex est infernus. scilicet dampnatorum qui sunt infra omnes. Purgatorium est qui sub. ideo rogamus. Tertia pars fert. limbus puerorum est ibi supra. omnes et ibi morabantur sancti patres. Descendit autem christus solum ad istum ut inde educeret sanctos patres. ubi steterant quinque milia annis. et si non habuerunt penam ignis habuerunt tamen obscuritatem tenebrarum. quia ibi erat maxima obscuritas. Intrauit autem christus limbum cum maxima luce et statim omnes demones fugauit quia lucem dei ferre non poterant. Nam omnis qui male agit. odit lucem. Iohannes. Intrantibus autem omnibus qui ibi erant. eo quod nullus cum luce illuc ire conueniat. Ecce adam qui tot annis fuerat ibi in terre genu flexit coram eo ibi et dixit. Congaudete mecum quia

hic est qui me de terra formauit. et me sanguine suo redemit. Quod audiens iohannes baptista. cepit ad eum currere dicens. hic est quem baptizaui. tunc ipsa [illegible] atque digito demonstraui. Et etiam cum gaudio et dolore. quousque eduxit eos de illo carcere. quod fuit in illa nocte. Et postea dicit quod tunc fuerunt in paradiso. quia uidebant christi animam deitati unitam. Iohannes xvii. Hec est uita eterna ut cognoscatis. Nota de christo nichil plus usque ad diem tercium. Sed quia mater uirginis ad hunc est desolata. consolemur eam. secundum posse nostrum uisitando eam. Scitis enim quod quando aliquis turbatus uisitatur. eius dolor multum alleuiatur. Et iterum dolor quod quidam pondus leuius portatur. quanto cum multis diuiditur. Nos igitur eam cum doloribus coram oculis nostre mentis ponamus. et eam alloquendo prout possumus consolemur. Nam cito filius eius resurget. Ipsa cum ex hoc ad nos consolandum in tribulacionibus nostris erit magis sollicita. et tandem gaudium resurrectionis nobiscum participabit. Fecit Noe archam iuxta preceptum domini. de lignis leuigatis et politis uel quadratis. longitudo 300 cubitorum. latitudine l. et in altitudine 30. et ad modum humani corporis. longitudo est maior sexties latitudine. et decies maior altitudine. Et altitudo a planta pedis usque ad verticem. Latitudo a dextro latere usque ad sinistrum. Altitudo a dorso ad uentrem. Quod tam in uertice corpore christi esse tantum dictum uolunt. Quia sic legitur in ystoria quod humani corporis instar ostendit. in quo christus apparuit. Rogemus et cetera.



Finito libro sit laus et gloria christo.

Finito libro sit laus et gloria christo

Tractatus iste per multos ascribitur magistro Henrico de Gandavo doctori sacre theologie

libellus de pseudo apostolis

Qui g de fructu quem in ecclesia dei faciunt delectantur
arrogantur se iactant dicentes nos illumina
mus ecclesiam uniuersam que antea tota mala erat
ceca & extinximus flammam peccatorum in ecclesia dei
cum forsan magis pmouerint ypocrisim q ue
ritas uirtutes no sunt ueri apli s pseudo de
quibus dicitur as eorum locutum e superbiam. xxiiii.

xxiiii. signum

Vicesimum quartum signum e q ueri apli non
querunt gloriam huius mundi nec fauorem nec
placere hominibus. Gal. i. Si adhuc hominibus pla
cerem glo. i. placere uellem seruus xpi no essem.
ut i. Thess. ii. Non quasi hominibus placentes i.
placere uolentes qr nec semper placetis hominibus
appetens placere e esse delictum. Illi g pdi
catores qui querunt fauorem mundi & adhuc labo
rant ut hominibus placeant non st ueri apos
toli sed pseudo. xxv. signum.

xxv. signum

Vicesimum quintum signum e qd ueri apli ob
latis cibo & potu st contenti nec querunt cibaria
lauciora. ueri apli no querunt pasci. s
pascere. iux illud luc. x. Edentes & bibentes
que apud illos st. glo. Suptus excessus con
cedit ita tamen ut oblatis cibo & potu sint con
tenti. Illi g pdicatores qui licet sint po
testate no habentes & tamen offendunt cum no mi
nistratur eis cibaria lauciora no sunt ueri
apli s pseudo. xxvi. signum.

xxvi. signum

Vicesimum sextum signum e q ueri apli plus
diligunt legem xpi q proprium honorem
iux illud pu. viii. Serua legem meam quasi pupil
lam oculi tui liga eam in digitis tuis. & descri
be eam in tabulis cordis tui. & sup illud ps.
Bonum mihi lex oris tui sup milia auri & argenti
glo. Caritas plus diligit legem dei q cupidi
tas milia auri & argenti. Qui g uidens
legem xpi occultari & tolli p eorum illud ma
ledictum q appellant conuersionem etiam negli
git & contempnit uel forsan dissimulando consen
cit & tamen p honore suo tpali conciliando uel q

rendo lites suscitare et scandala movere non horrescit non videtur esse verus apostolus sed pseudo si sit predicator. XXVII signum

Vicesimumseptimum signum est quod veri apostoli non querunt hospicia opulenciora sive ubi melius pascantur sed honestiora et ubi conversacionis eis datur et ab illis tantum recipiunt quos credunt reputare sibi maiorem graciam fieri si recipiatur munus eorum quam si eis munus daretur iuxta illud Matthei x. In quamcumque civitatem vel castellum intraveritis interrogate quis in ea dignus sit et ibi manete donec exeatis. glossa. Testimonio vicinorum eligendus est hospes ne eius infamia predicacio ledatur. nec est cursandum per domos sed qui est dignus. glossa. Qui scit se magis accipere graciam quam dare. hic est qui libenter dat pro christo et non proprio commodo. ¶ Item veri apostoli non recipiunt ab illis qui adhuc in peccatis suis iacent sed abundantis(?) ii. Cor. viii. Sed semetipsos primum dederunt domino. glossa. Quia emendantes errores pristinos ac morum vicia deo se voverunt deinde fratribus sua obtulerunt. aliter enim non erat accipiendum ab eis quia munera excecant oculos et vim auctoritatis inclinant. Qui vero dant si arguantur fructum dandi non habent. ¶ Alii ergo predicatores qui querunt hospicia ubi melius pascantur et accipiunt munera malorum divitum ut eorum vicia tegant vel illorum qui magis dant propter importunitatem tollendam vel propter presentem verecundiam quam propter deum. non sunt veri apostoli sed pseudo. iuxta illud ii. Cor. ix. Hylarem datorem diligit deus. glossa. qui propter presentem pudorem dat aut ut tedio interpellantis careat et rem et meritum perdit. unde qui a talibus recipit non querit fructum sed datum contra illud apostoli Phyl. iiii. Non quero datum sed fructum. XXVIII signum

Vicesimumoctavum signum est quod veri apostoli non laborant procurare negocia aliorum ut exinde pascantur quia talium deus venter est iuxta ii. Thess. iii. Audivimus quosdam inter vos ambulantes inquiete et nichil operantes sed curiose agentes. glossa. de negociis alienis et sic pasti vivent(?). quia fratrum(?) abhorret disciplina divina. eorum enim deus venter est qui feda cura sibi necessaria prudent(?) et non sunt veri apostoli sed pseudo. XXIX signum

Vicesimumnonum signum est quod veri apostoli non gaudent de miraculis vel aliis factis elegantioribus que facit deus per eos ut de illis cupiant honorari sed potius gaudent de salute quam a domino expectant iuxta illud Luc. x. Nolite gaudere quia spiritus subiciuntur vobis. gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in celis. Alii ergo qui gloriantur de miraculis suis vel aliorum et de hiis que per eorum ministerium multi salvantur ut dicitur non videntur esse veri apostoli sed pseudo. XXX signum

Tricesimum signum est quod veri apostoli numquam querunt gloriam suam in hac vita sed gloriam christi secundum illud Ioh. vii. Qui a semetipso loquitur propriam gloriam querit. qui autem querit gloriam eius qui misit illum. i. a quo dicit se missum. verax est. Alii ergo qui querunt eam que pertinet ad gloriam huius mundi quorum unum est regnantibus assistere iuxta illud Boecii de consolatione. Qui impotenciam extolli cupiunt aut ipsi regnant aut regnantibus assistere conantur. alterum est vincere velle ubi non est premium apud deum. unde est illud Gal. v. Non efficiamini inanis glorie cupidi. glossa. Inanis gloria est velle vincere ubi non est premium. Qui in quam talia querunt non sunt veri apostoli sed pseudo. XXXI signum

Tricesimumprimum signum est quod veri apostoli fugiunt sollempnitates hominum et salutaciones et officia et convivia iuxta illud Ieronimi ad Nepocianum. Obsecro te fuge hic sive ibi fratres multitudines hominum salutaciones et convivia que quandam voluntatis convivia fuge. Alii ergo qui amant et querunt consorcia et convivia et officia potentum secularium et divitum non videntur esse veri apostoli sed pseudo. XXXII signum

Tricesimumsecundum signum est quod veri apostoli non frequenter conveniunt ad alienam mensam ne adulatores fiant. secundum quod dicit apostolus ii. Thess. iii. Ut nos metipsos daremus vobis formam imitandi nos. glossa. Qui frequenter ad alienam mensam convenit ocio deditus adulari necesse est pascenti se. cui religio nostra scilicet christiana adulacionem nimiam advocet. Alii ergo qui ad alienam mensam frequenter conveniunt cum ocio corporali non videntur veri apostoli sed pseudo. XXXIII signum

Tricesimu tcium signu e. q ueri apli
no odiut hoies t inimicos t odie
tes eos iux doctina dni. mt. v. Diligite
inimicos vros bnfacite hiis qui uos
oderut. pseudo aplice pximos ledut et
diffamat. iux illud. Ier. xxiij. A pphis ie
rusale egressa e pollucio sup omem t
ram. dr glo. Non sufficit eis pximos le
de. s quos semel oderut ptoru orbe co
nant diffamare. Illi g pdicatores qui
odiut illos quos inimicos reputant et
eos diffamat. no vident ueri apli. s pseu
do ¶ Cum g vitas dme scripture sit
infallibil. mt. xxiiij. Celu t tra tn
sibut. vba aut mea no tnsibut. Et sps
scus qui locutus e in aplo pphetante. ut
ostensu e sup. capitlo pmo. mentiri non
possit. no em uolutate huana allata e
pphecia. aliogn s spu sco inspirante locu
ti st sci omis. vt legr. i. pet. v. Restat
ut omis qui ecciam defensare tenent
surgat ad eius dfensione. iux id. pu. xxiiij.
Erue eos qui ducunt ad morte t eos qui
trahut ad interitu liberare necesses. nc ptren
dant friuolas excusacones. qr sic dicit ibide
Si dixis uires no suppetut. qui inspector e
cordis. ipe intellig. t saluatore aie tue nichil
fallit. reddetqz vnicuiqz iux opa sua. Ret
q em perit inercia. pp dfctu pastorum. totu
ab eis in iudicio exiget. sic dfitet Iacob.
ad laban. cuius oues pascebat. Gen. xxxi.
Ego ome dapnu reddebam. t. q q furto p
ibat a me exigebas. Et. eze. iij. Sanguine
eius de manu tua requira. dr pastori. siue
plato ¶ Si aut cetra pdictorum platos car
nales no mouent. ls debet salte moue.
qui cu spualis potestas ecce que in pdica
cionib. excendis. in confessionib. audiendis.
in penitentiis iniungendis maxie consistit. eis
pdetenim surripiat. frustratim em lupus
comedit agnu. xij. q. i. idest postqz ex toto
translata fuit ab ipis platis ad illos q iam
rone ordinis sui ut confessionis aplice illa
sibi arrogant ptate. ipo fco iurisdicio ne
gociorum forensiu que ipis platis iurisdicti
existit. nec no t possessio bonorum ecce te
palium. apud illos platos diucius no rema
nebit. Cur em hebut carnalia bona ecce

qui spualia no ministrat. i. Cor. ix. Nescitis
qm qui in sacrario laborant de sacrario ede de
bent t qui altari deseruiut de altari pticipa
t. Sicut corpus sin aia no viuit. ita nc bona
ecce tpalia sin spualib. diu stabut. i. q. ii.
Si quis obiecit XXXIIII signu
Tricesimuqrtu signu est. qm pseudo
cu examinant sine pbant ut sint
ueri apli ul mendaces. no pacient sustinet
s pocius illos qui sic pbare eos uolut pse
quunt. t ad psequendu illos eis qui ptenas po
testates vident pcurat se ingerut. sic fecit
quida pseudo in pmitiua ecce. de quo epm ephe
sinu. cu dicit dns apoc. ij. Scio i. approbo. o
pa tua. t labore tuu. i. tribulacom. t qm no
potes sustine malos. qui emendes. glo. t expl
las. t pbasti eos qui se dicut aplos ee et
non st. glo. i. missos se a dno dicut ut fallaci
dapiant. Et inuenisti eos mendaces t paciam
habes. glo. i. malis ipi iuncti ptenas potes
tates ingerut no st ueri apli s pseudo
Tricesimuquintu signu e. qm XXXV. signu
ueri apli no uadut pdicaturi eis qui
palios st consti s post ad illos conuertendos q no
du st consti. ne sup alienu edificiu edificet
sic fecit btus paulus. Ro. v. Ita laboraui
ut ab irlm pcircuitu usqz illiricu repleuim
Euuangm xpi. glo. i. plene pdicauim in quo magn
sps sci appet. Vtus t tot gentiles pme euangm
receput. Sic aut pdicaui euangm no ubi noi
tus e xpc ne sup alienu fudamentu edificare
glo. Ne pdicare iam palios conuersis. Et ij.
Cor. x. Non sumus i immensu glantes in
alienis laborib. glo. ubi alius fudamentum
posuit. h em eet glari i immesu. Et me
odem Non hntes spem glari in aliena re
gula. s in hiis q ppata st. glo. ab aliis p
dicatorib. qr hiis pdicabat apostolus quib non
erat annuciatu ut glam suo labore quer
Illi g pdicatores qui no uadut ad conuer
tendos s pocius ad conuersos hntes ppos aplos
i. ppos epos t sacerdotes ppos t ita glant in
plebib alienis no sut ueri apli s pseudo.
Tricesimusextu signu XXXVI. signu
e. qm ueri apli qui mittut uadut i
sua legacione. n ad aliena. sic paulus mittit
ad gentiles. ut pdicaturus ad illos act.
xiij. Segregate michi paulu t barnabam

in opus ad quod assumpsi eos. glo. iuxta edictum Ia-
cobi Zephe et apostolis ad magistrum venatum pro-
fectus est. Contra illos predicatores qui constat super
pedes suos nunquam ipse situs minus tangunt terram,
id est illos predicantes qui minus habent de bonis ter-
renis, propter quod expeditiores sunt ad mittendum quam
quod deo placet. Illos nunquam misit deus ad predi-
candum non orthodoxis sed infidelibus. Unde Eze. ii.
Postquam statuit spiritus domini Ezechielem super pedes su-
os in quibus ipse situs minus tangunt terram, dixit
ei: Fili hominis ecce mitto te ad gentes aposta-
tas que recesserunt a me, id est ad iudeos hereticos
et illos gentiles qui aliquando fuerunt christiani sicut
sunt Egyptii et Babylonii et omnes qui tenent le-
gem Machometi. Tales ergo si vadunt ad ortho-
doxos qui proprios habent apostolos scilicet episcopos suos et presbi-
teros suos, non vadunt in sua legatione sed in ali-
ena. Unde non sunt veri apostoli sed pseudo. Summum time-
dum est ne propter tales periclitetur ecclesia, nisi expellantur
ab ea. Sicut accidit de Iona qui cum a domino mis-
sus fuisset Niniven, que interpretatur speciosa,
non ivit illuc, sed fugere voluit a facie domini in
Tharsis, que interpretatur exploratio gaudii. Et ideo navis
nunquam tranquillitare voluit, immo periclitabatur
donec inde eiectus est Ionas. Ione i. et ii. Isti
igitur missi ad predicandum Ninivitis, id est illis qui
ambulant in via speciosa que ducit ad mortem,
id est infidelibus supradictis, non vadunt ad eos iuxta
preceptum domini, sed aliorsum convertuntur fugientes a
facie domini in Tharsim, que interpretatur exploratio
gaudii sive leticie, vadunt ad illos qui re-
ceperunt eos letanter et cum gaudio et bene pro-
curant eos, scilicet ad bonos et devotos christianos. Et ideo ti-
mendum est valde ne navis in qua sunt, id est ecclesia,
periclitetur nisi ipsi eiciantur, quia non eunt in sua
legatione et non sunt, ut dicit apostolus de talibus
pseudo. ii. Timo. iii. Et hos devita. glo. tales
quando docent, dum sunt tales, id est pseudo, devita eos.

Tricesimum septimum | XXXVII. signum

Tricesimum septimum signum est quod veri apostoli non iactant loqui
et non sibi attribuunt nisi que fecit deus per eos.
Ro. xv. dicit Paulus: Non enim audeo ali-
quid loqui eorum que per me non efficit deus. glo.
id est ea loquor tantum que per me, id est in ministerio meo,
Christus efficit. Isti ergo qui multa iactant loqui
et sibi attribuunt que per eos non fiunt, non sunt
veri apostoli sed pseudo.

Tricesimum octavum | XXXVIII. signum

Tricesimum octavum signum est quod veri
apostoli non intendunt nec innituntur rationibus logi-
cis aut sophisticis. i. Cor. ii. Veni non per su-
blimitatem sermonis aut sapientie. glo. ut rationi-
bus logicis aut sophisticis illud confirmarem. Isti
ergo predicatores qui huiusmodi rationibus intendunt
et innituntur non sunt veri apostoli sed pseudo. Exemplum
de Clemente obiciente Petro de pulice et camelo.

Tricesimum nonum | XXXIX. signum

Tricesimum nonum signum est quod veri apostoli non amant car-
naliter, sed odio habent quicquid obsistit eis in servicio
dei. Luc. xiiii. Qui non odit patrem suum et matrem
suam et fratres et sorores, adhuc autem et animam su-
am propter me, non potest meus esse discipulus. glo.
id est qui non odit quicquid ei obsistit in servicio dei
non est dignus meo apostolatu vel disciplina-
tu, nec potest in eo permanere sicut Iudas. Cum ergo
veri apostoli domini relinquant, quod isti predicatores quosdam
nepotes et consanguineos quamvis indignos pro-
movent ad prebendas et honores ecclesiasticos
contra dei voluntatem vel aliud faciunt quod eis ob-
sistit in servicio dei, non sunt veri apostoli sed pseudo.

Quadragesimum | XL. signum

Quadragesimum signum est quod veri apostoli non procurant sibi
amicicias huius seculi. Iac. iiii. Qui vult ami-
cus esse huius seculi inimicus dei constituitur, id est statui-
tur. Isti ergo predicatores qui sibi procurant ami-
cicias huius seculi non sunt veri apostoli sed pseudo.

Quadragesimum primum | XLI. signum

Omnium signum est quod cum pseudo ex parte
quod habent non sunt evangelizatores aut dispensatores sacramen-
torum, tamen vivere volunt de evangelio non de labore
manuum contra illud apostoli ii. Thess. iii. Neque
gratis panem manducavimus ab aliquo etc. glo.
cum isti pseudo multo magis vivere debent
de labore qui non habent potestatem auctoritatem (l. aut)
quam habemus, scilicet potestatem de evangelio vivendi. Et hoc expres-
sius dicit Augustinus in libro de opere monachorum
in hiis verbis: Isti autem fratres mei temere sibi
arrogant quantum estimo quod de evangelio sunt, quia si
ministri altaris sunt, si dispensatores sacramen-
torum sunt, fateor habent; quod dicant si tales non sunt
non habent potestatem vivendi de evangelio. Isti
ergo predicatores qui cum non habeant potestatem
vivendi de evangelio aut dispensandi sacramen-
ta ecclesiastica, ut pote qui plebem non habent
nec possunt regimen animarum, vivere volunt de
evangelio, non sunt veri apostoli sed pseudo. Incipit
prologus in Pharetram fidei contra iudeos.

Incip. prolog. in pharetram fidei contra iudeos

In disputacione contra iudeos notare tripliceᵐ cau
telam. Prima est ut in primis disputacionibus
iudeaeis eorum errores reprobare. sicut hereti
cis secunda parte. tum quia facilius est errores rep
bare quam nostre fidei articulos probacionibus declara
re. tum quia non probant scriptura uetustatis nisi prius
excipient. scripture et tabuli falsitatis. ¶ Secunda
cautela est ut obiectiones que uidentur esse
contra nos. non tangatis nisi eas iudeus ipse ob
iecerit. tunc soluite sic eas solutas inuenitis.
¶ Tercia est ut qui pluribus iudeis presentibus
disputatis. omnibus silencium indicatis. ex
cepto uno respondente. donec illo superato. ac
cedat alius responsurus. ne forte clamoribus
uos obruant et cum uno loquente. alius in
fine cuiuslibet questionis studeat inuenire

Incipit pharet fidei contra iudeos [margin: Incip pharet fidei contra iudeos]

Tolle arma tua pharetram et arcum ad uolun
tatis uiperculas que demoliuntur uineas meas
et accipe gladium spiritus quod est uerbum dei ut testi
moniis legis et prophetarum superbus golyath .i.
populus iudeorum tamquam proprio gladio superetur. Distin
guitur autem hoc opusculum in duas partes. In prima
ponentur que pertinent ad fidei katholice probacio
nem. In secunda parte que pertinent ad iudeicorum er
rorum reprobacionem. *De xpi aduentu.* [margin: de xpi aduentu]

De xpi aduentu prophetauit Moyses in
adabarim .i. in deuteronomio .xviii. capitulo
prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me
suscitabit tibi dominus deus tuus ipsum audies
Et paulo post dicit Moyses. Dominus ait mihi
prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum
similem tui et ponam uerba mea in ore eius
loquetur quia ad eos omnia que precepero illi. qui autem
uerba eius que loquetur in nomine meo audire no
luerit. ego ultor existam. Sed non potest intelligi
de Iosue qui fuit successor moysi. et dux populi
quia ille non fuit propheta uel quod prophetauit nec
fuit similis moysi. quia dicitur numeri xxvii. Tolle
Iosue uirum in quo est spiritus dei et dabis ei pre
cepta cunctis uidentibus et partem glorie tue. Et deutero
nomii. quod non fuit ei similis. Neque nullus propheta
rum dedit legem nisi moyses. et xpc. et io.
dixit prophetam sicut me suscitabit tibi dominus ipsum
audies .i. sicut audis legem meam sic audi
legem suam. quia dicit dominus Qui uerba eius que loquetur
in nomine meo audire noluerit ego ultor ex
istam. Nonne hoc completum est in iudeis. sicut patet

in excidio ierusalem per tytum et uespasianum et
in dispersione gentis eorum per mundum. de hac
ulcione predixit Daniel .ix. Occidetur xpc
et non erit populus eius qui eum negaturus est
et ciuitatem et sanctuarium dissipabit populus .s. ro
manus cum duce uenturo .i. cum tyto. *Quod* [margin: q xpc iam]

Quod autem xpc iam *xpc iam dudum uenit*
uenit probatur prophecia Iacob. qui ait
gen. penultimo. capitulo. Non auferetur sceptrum
de iuda et dux de femore eius donec ueniat
qui mittendus est. et ipse erit expectacio
gencium. Certum est usque ad ortum xpi. regem populi
non defuisse ex gente iuda usque ad herodem
qui fuit alienigena sub quo natus est xpc
qui est expectacio gencium ¶ Iudei autem men
tiuntur xpm adhuc non uenisse et nescio quem
regem de tribu iuda in extremis orientis par
tibus regnum tenere. sed eorum mendacium destrui
confutatur. quia sicut nullum templum nullum altare nul
lum sacrificium. ita nullus rex. nullus sacerdos
summus remansit eis. et quod deterius est expulsi
sunt de regno proprio. Neque enim mendax est propheta
Osee .iii. qui ait. Sedebunt filii israel sine
rege sine principe sine sacrificio et sine alta
ri. Que omnia quis non uidet nunc ipsis esse
nunc completa *Obiectio iudei* ¶ [margin: obiectio]

Sed obiciat iudeus. si messias uenit quomodo
uel quando completa sunt que de aduentu eius predixit
ysaias xi. Egredietur uirga Et infra. habitabit
lupus cum agno et pardus cum hedo accubabit
uitulus et leo et ouis simul morabuntur et cetera.
Et item .ii. Conflabunt gladios suos in uo
meres et lanceas suas in falces Non leuabit
gens contra gentem gladium nec ultra excercebuntur
ad prelium ¶ Ad quod dicendum est quod per bestias crude
les intelliguntur homines crudeles et iniusti. per
animalia simplicia et mansueta homines boni
et iusti quos simul pace xpc ihc fecit
Quod autem de hominibus intelligi uoluit propheta de
clarat cum addidit Quia repleta est terra
sciencia domini et cetera. Neque enim hec propter pecudes dixit
quia scientiam domini et cognicionem ihc non possunt
Quod autem alibi dicit Non excercebuntur ultra ad
prelium et cetera. hoc tempore xpi completa sunt in gente
in qua natus est. *Obiectio iudeorum contra aduentum* [margin: obiectio iudeorum]

In (ca)pitulo ubi probatur quod messias .i. *xpi*
xpc iam dudum uenit iudei obiciunt nobis
quod dominus promisit per Malachiam prophetam prius

helyam se missurum. quod non dum venit hely-
as quoniam nec messias. Sed hec obiectio nulla est. Iudei
tamquam ceci intelligere noluit de primo adventu
Christi quod dictum est de secundo adventu ad iudicium. Quod
autem de secundo adventu ad iudicium dictum sit, patet
ex ipso textu Malachie in fine ubi dicitur: Ec-
ce dies veniet succensa quasi caminus et
erunt omnes superbi et omnes facientes impietatem
stipula et inflammabit eos dies veniens dicit
dominus exercituum que non derelinquet eis radicem
et germen et orietur timentibus nomen meum
sol iusticie. Et paulo post in eodem: Ecce ego
mittam vobis helyam prophetam antequam veniat di-
es domini magnus et horribilis et convertet cor
patrum ad filios et cor filiorum ad patres eorum ne
forte veniam et percuciam terram anathemate.
amen. Quod de virgine natus est Christus

Quod autem de virgine natus sit probatur Ysa.
vii. propter hoc dabit dominus ipse vobis signum.
Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabi-
tur nomen eius emanuel. ysaie vii. Sed obici-
unt iudei infideles quod nomen quod ibi posuit scilicet
halma non sonat bethula id est virgo. halma
autem tantum puella significat. Nota hic. Unde
iudeus fidelis conversus ad fidem qui talis ca-
villatorum ignarus est virtutis nominum he-
breorum. Mulier namque sive iuvenis sit sive
vetula quando virgo est appellari potest bethu-
la. quando vero autem iuvenis est sive virgo sive
corrupta potest vocari naaraha. Halma vo-
catur nulla nisi sit iuvenis et virgo.
Et cum ysaias predixit ad achaz. vii. pete
tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni
sive in excelsum supra. Si postea daret signum
quod corrupta pareret, numquam non ridiculum esset
tamquam qui rem arduam et insolitam promisis-
set. Sed consuetam et naturale exhibet. Sicut quod
dicitur: parturiunt montes nascetur ridiculus
mus. Preterea adiunxit: propter hoc dabit dominus ipse
vobis signum. Ecce virgo etc. Nullum enim sig-
num esset si corrupta pareret. numquid deus qui
fecit ut virga arida floreret et fructum
ferret ut habetur Numeri xvii. non potuit fa-
cere ut pareret virgo. Quidem deus qui ru-
bum ardentem conservavit incorruptum ut legitur
Exodi iii. Nunquid virginem parientem non po-
tuit servare incorruptam? Sed quod dicit: et pariet
filium et vocabit nomen eius emanuel.

non potest intelligi de achaz scilicet de Ezechia qui tempore
huius prophetie ix. annorum erat. et xxv annos
habuit cum regnare cepit. Nec etiam intelligi potest
de filio ysaie quia de nullo alio sive de regibus
sive de prophetis legimus qui dictus sit ema-
nuel. Nec competit filio ysaie quod sequitur in
viii. capitulo: et erit extensio alarum eius implens
latitudinem terre tue o emanuel. Hic facit propheta
exclamationem eius potentiam admirans: O e-
manuel. ¶ Quod autem sequitur: Butirum et
mel comedet ut sciat etc. Si iudeus querat
quomodo intelligatur de Christo, sic expone. Secundum ysa.
Butirum fructus est synagoge venientis ex
tractatione tamquam bonis uberibus legis posite.
mel non est fructus ecclesie venientis ex gentibus
cuius fructu id est opere pascitur Christus. ¶ Sequitur autem
quod sciat puer reprobare malum et eligere bonum.
derelinquetur terra quam tu detestaris a facie duorum re-
gum suorum. Et infra viii. cap. sequitur: antequam sciat
puer vocare patrem suum et matrem suam, au-
feretur fortitudo damasci. Sic expone: antequam
sciat scientia creata vel scientia humana in quantum
etate proficiebat, vel secundum ysidorum sic expone: antequam
sciat id est scire faciat secundum divinitatem deum se
habere patrem et secundum humanitatem virginem se habere ma-
trem. Sicut illud quod deus dicit ad abraham cum vo-
lebat immolare filium: Nunc cognovi quod
timeas deum id est nunc te cognoscere faciam.

Quod Christus sit deus et homo

Quod autem iste puer sit deus homo tes-
tatur ys. ix. Parvulus enim natus est nobis
et filius datus est nobis. Et factus est principatus
eius super humerum eius id est crux quam humeris por-
tavit. Alii autem reges signum principatus sui
scilicet coronam in capite portant. Et vocabit no-
men eius admirabilis scilicet in nativitate quia de virgi-
ne mirabiliter natus est. Consiliarius in predica-
tione. Deus in miraculorum operatione et peccatorum
remissione vel reconciliatione quia nullus potest di-
mittere peccata nisi solus deus. Fortis in passi-
one et in dyaboli expugnatione. Psalmus: Dominus
fortis et potens in prelio. Pater futuri seculi
in resurrectione. Princeps pacis mediatione beatitudinis.
Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit
finis. Super solium david et super regnum eius
sedebit scilicet secundum carnem quam sugit pro solio
David. ut confirmet illud in iudicio et iusti-
cia amodo et usque in sempiternum. Hec omnia

de nullo rege nisi prophecia potuit intelligi nisi
de christo ¶ Ieremie xxxi. Creabit dominus novum
super terram femina circumdabit virum. Quomodo
circumdabit. Si iudeus dicat amplexibus venere-
orum. hoc non est novum. sed circumdabit gremio u-
teri sui virum. qui licet puer sit etate
et quantitate corporis est tamen vir perfectione sapien-
tie et robore divinitatis ¶ Danielis vii. Post-
quam vidit daniel iiii^or bestias ascendentes de
mari. paulo post adiunxit. Aspiciebam in vi-
sione noctis et ecce in nubibus celi quasi filius ho-
minis veniebat. et usque ad antiquum dierum per-
venit. id est miraculorum operacione patri coequalis
apparuit. Sequitur. Et in conspectu eius obtulit eum.
scilicet. in celo. Et dabit ei potestatem et honorem
et regnum. et omnes populi tribus et lingue ipsi ser-
vient. id est de omnibus populis et tribubus vel in illis/et est si-
mile cum dicitur. Omnis homo serviet. non tamen sequi-
tur quod manus eius et pedes servient. Sequitur. Po-
testas eius potestas eterna. que non auferetur. et re-
gnum eius quod non corrumpetur. angelus autem hanc
revelacionem exposuit danieli dicens. hee
iiii^or bestie magne. quatuor regna sunt. que con-
surgent de terra. Suscipient autem regnum sancti
dei altissimi. et obtinebunt regnum usque in se-
cula seculorum. Hoc non potest intelligi de regno messie
cum quo iudei se sperant regnaturos mille an-
nis. sed de regno christi nostri cum quo sancti obtinebunt
regnum in celum et in secula seculorum ¶ Quere plu-
res auctores. quanto tempore regnaturi sint cum mes-
sia. et cum dixerint mille annis tunc concludere
quod predicta non potuit intelligi de regno messie

Prophecia quod in bethlehem natus est christus deus

Prophecia quod in bethlehem natus est christus deus. Michee [sic: "in mychee"] ait. v. capitulo Et tu et homo
bethlehem effrata parvulus urbulus es in mi-
libus iuda. ex te michi egredietur qui sit
dominator in israel. Si egredietur ex bethlehem et
erit dominator in israel. est homo. Sequitur. Et e-
gressus eius ab inicio eternitatis. Et hic concludi-
tur. quod sit deus. Sicut enim est eternum nisi sit deus
Quod si esset verum esset quod omnes ante ab inicio mun-
di vel ante seculum creati essent. ut iudei fabu-
lantur. nulla tamen ab inicio eternitatis creata est.
quia impossibile est quod creatori sit coeterna crea-
tura. propterea nullus sunt dies temporis. dies eternitatis
incepit esse. et desinit esse. dies autem eternita-
tis sunt pater et filius et spiritus sanctus/quia tamen illi eius
eterna claritate lucent. propterea sic omnes ante

a diebus eternitatis esset egresse. sed prophecia
illum solum innueret. de hiis que omnibus convenirent
aut quid magni dixisset. Hoc de messia iude-
orum intelligi iudei non possunt quia ipsum de paradi-
so venturum expectant et non de bethlehem ¶
Et eius humanitatem et divinitatem satis mani-
feste innuit david in psalmo lxxi. Deus iudi-
cium tuum regi da et iusticiam tuam filio regis. Si
christus est filius regis est homo. Eius divinitas ibi
innuitur. Et adorabunt eum omnes reges terre.
quia solus deus adorandus est. secundum legem moysi.
Hoc et innuitur in illo versu. Sit nomen eius
benedictum in secula ante solem permanet nomen
eius. Que omnia si iudei de salomone vel de
alio rege voluerint intelligere frivola sunt. Quo-
modo enim conveniunt ei ante solem permanet nomen
eius. Quod si et verum esset quod ante solem anima eius
creata esset tamen nomen eius tunc non fuit. preterea
quomodo convenit salomoni vel alii regi. Descen-
dendet sicut pluvia in vellus et cetera. Et
orietur in diebus eius iusticia et habundancia pa-
cis donec auferatur luna. Hoc et de messia non
potest dici cum quo sperant se regnaturos tamen mil-
le annis. Luna autem numquam auferetur quia in ul-
timo die erit lux lune ut lux solis et cetera
ut dicit ysaias xxx. Ad hoc quod non oleo corporali sed spiritu
spiritu unctus sit in regem et sacerdotem prelidorum.

David divino afflatus spiritu ad christum lo-
quitur dicens. psalmo xliiii. Sedes tua deus
in seculum seculi virga directionis. virga regni tui. Dilexis-
ti iusticiam et odisti iniquitatem propterea unxit
te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. In qua
prophecia primo david divinitatem christi ac eternitatem
demonstrat. cum dicit. Sedes tua deus in seculum
seculi. Virga directionis. virga regni tui. Dilexisti iu-
sticiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus
deus tuus. oleo leticie pre consortibus tuis. In qua prophecia primo
david divinitatem christi ac eternitatem demonstrat
cum dicit. Sedes tua deus in seculum seculi. Consequenter
perpetuitatis virga sceptrum potestatis eius re-
gnumque nunciat. postremo quod idem deus a deo unc-
tus sit indicat. cum dicit. Unxit te deus deus tu-
us. oleo leticie. non amice oleo divini. sicut ceteri prin-
cipes tui. id est principes qui in figura precesserant
sed oleo leticie. quo unctione demonstratur spiritus
sancti. aut celesti infusione et veritate christus
est consecratus in regem et sacerdotem. psalmo. Tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech

qui obtulit panem et vinum. Quod xpc pauper ab
Osat Jeremias xiiii capitulo iect venit in mundum
Tibi peccavimus exspectatio Israel.
Salvator eius in tempore tribulationis. Quare
quasi colonus futurus es in terra et quasi viator de-
clinans ad manendum. Quare futurus es quasi
vir vagus et fortis qui non potest salvare.
Tu autem in nobis es domine et nomen tuum super
nos invocatum est ne derelinquas nos. Dum
enim dicit tibi peccavimus. exprimit iudeorum per-
sonam qui in eum peccaverunt quando venientem eum
in forma hominis crucifixerunt. Abstulit enim se aspec-
tibus hominum tamquam vagum et viatorem. Illi autem
putantes hunc tantum esse quod videbatur. occiderunt
hominem quasi qui non potest salvare. In hac autem
auctoritate manifeste exprimitur eius divinitas
et humanitas. Ad idem pertinet quod dicit zach.
propheta ix. Iubila filia Ierusalem ecce rex tu-
us veniet tibi iustus et salvator ipse pau-
per et ascendens super asinam et super pullum asine.
Hec omnia non possunt intelligi de messia iu-
deorum quem dicunt cum gloria et divitiis venturum.
Sed quia causam iubilandi habet filia Ierusalem si
rex eius veniet pauper. vel quomodo potest esse sal-
vator si pauper est. i. quia licet pauper sit in
humanitate. habet tamen virtutem salvandi ex sua di-
vinitate. Quod eum non cognoverunt iudei
Propheta ysaias dicit primo. Audite celi et au-
ribus percipe terra quoniam dominus locutus est. Fi-
lios enutrivi et exaltavi ipsi autem spreverunt
me. Cognovit bos possessorem suum et asinus
presepe domini sui. israel autem non cognovit me.
Hoc et predixit Jeremias v. domus israel et pre-
varicatione prevaricata est in me domus iuda
ait dominus. negaverunt me et dixerunt non est ipse.
Hoc idem usque nunc iudei christo dicunt. non est ipse.
expectantes alium qui est antichristus. Quod xpc est
Quod xpc triginta | triginta argenteis venditus sit
argenteis venundatus sit. Zachari-
am ipse ita pronunciavit dicens xi. Si bonum
est in oculis vestris afferte mercedem meam. Si non
quiescite. et appenderunt mercedem meam. xxx.
argenteos. et dixit dominus ad me. Proice eos
ad statuarium decorum precium quo appreciatus sum
ab eis. et tuli. xxx. argenteos et proieci illos
in domum domini ad statuarium. Statuarius est
ponderator vel fusor statuarum. Hoc tamen omnibus no-
tum est. Iudas enim pecunia ductus pecuniam

reportavit. et proiecit in templum et abiit
et laqueo se suspendit ut impleretur quod dixerat
ys. Testis falsus non erit impunitus. pro eo quod
vendidit argento iustum. Quia pa[…]m bn
dominus mercedem suam dixit. Multa enim apud
eos bona opera fecerat reddens vitam mortu-
is. lumen cecis. auditum surdis. claudis gres-
sum pauperibus omnibus vestiendi. iudei iniqua estima-
tione. xxx. argenteorum mercedem illi restitue-
runt. Quod iudei propter invidiam xpm occiderunt
Quod iudei propter invidiam xpm occiderunt
probatur ex libro sapientie ii capitulo ubi dicitur Dixe-
runt impii et post in eodem. Circumveniamus iustum
quoniam inutilis est nobis et contrarius est operibus nos-
tris et improperat nobis peccata legis. promittit se
scientiam dei habere et filium dei se nominat. et post
in eodem. Si enim est verus dei filius suscipiet il-
lum de manibus nostris et liberabit eum de manu con-
trariorum. et post. ut probemus eius patientiam mor-
te turpissima condempnemus eum. i. affixionem cru-
cis. De gloria xpi et ignominia eius et de scandalo in
De gloria xpi et ignominia eius | cenacu
passionis multa habentur in ysaia lii capitulo
Ecce intelliget servus meus servus filius obedi-
entia humanitatis et exaltabitur et elevabitur
et sublimis erit valde. scilicet in miraculorum operaci-
one in resurrectione et ascensione. Sicut obstupuerunt
super eum multi. i. quando miracula faciebat sic in-
glorius erit inter viros aspectus eius et forma
eius inter filios hominum. Iste asperget gentes
multas. i. lavabit sanguine proprio vel aqua baptis-
mi. Super ipsum continebunt reges os suum et cetera. Quod
Quod xpc propter peccata nostra passus est non sua
Quod autem propter peccata nostra omnia sustinuerit probatur
infra paulo post. liii. capitulo. Vere languores
nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit
et nos reputavimus eum quasi leprosum et percussum
a deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniqui-
tates nostras et cetera. Hoc non potest intelligi de aliquo
rege nec propheta nec aliquo puro homine quia se-
quitur. et livore eius sanati sumus. Quod spon-
Sed quod sponte se | te mortem sustinuit
ad mortem obtulerit probatur quia sequitur in
eodem. Oblatus est quia ipse voluit et non aper-
uit os suum. Quod autem ipse crucifixus sit deus
et homo probatur cum subditur. Generationem eius quis
enarrabit. quia plurimorum hominum generatio bene
narratur. Sed qualiter xpc secundum divinitatem genitus

a patre . tal' secundum humanitatem genitus sit

sit/ a matre . generationem eius quis enarrare poterit . Ie-
remias . uox patris . Ps' zelus populi mei paulisper
cum . et dabit impios pro sepultura et diuites pro
morte sua/ eo quod iniquitatem non fecit neque dolus
fuit inuentus in ore eius . Et paulo post .
Ideo dispertiam ei plurimos et fortium diuidet
spolia . Dispertiam ei plurimos . i . omnes christianos qui
meum credent et fortium . i . demonum diuidet
spolia . i . animas sanctorum a demonibus captas liberabit
et diuidet inter choros angelorum . Hec omnia de
messia non possunt intelligi quia huc credunt
moriturum . De genere passionis christi

Genus autem passionis eius dauid declarat
dicens . ps' . xxi . Foderunt manus meas et
pedes meos et cetera . Item . Dederunt in escam meam fel
et in siti mea potauerunt me aceto . Hec . dauid . de
se non dicit quia sibi numquam contingit notabile
¶ Quandocumque loqueris cum iudeo de passione domini distin-
guere quod secundum humanitatem passus est qui secundum diuini-
tatem mansit impassibilis et immortalis Quod inter
Quod et inter duos latrones latrones suspensus est
nes suspensus est ysaias . l . iii . Cum sceleratis
reputatus est et ipse peccata multorum tulit et pro transgresso-
ribus rogauit Quod per mortem suam nos saluauit
Quod autem per mortem suam nos saluauit . dauid .
innuit in ps' lxvii . Exurgat deus in-
de saluos faciendi . et cetera . Ubi ponit ysidorus hec contra
iudeos . Deus noster deus salutis faciendi . et domini mors
et domini exitus . domini mors quia sustinuit mortem
et domini exitus de inferno nos . scilicet saluauit ¶
Et dominus dicit in osee xiii . De manu mor-
tis liberabo eos et de morte redimam eos . ero
mors tua o mors morsus tuus ero inferne ¶
Item zach . ix . Ecce rex tuus uenit tibi iustus et
saluator ipse pauper et ascendens super asinam . pau-
lo post . pater sermone dirigit ad filium dicens . Tu
uero in sanguine testamenti tui emisisti uinctos
tuos de lacu in quo non est aqua . scilicet refrigerium . hec
quero a iudeo quis umquam sanguine testamento le-
gauit . nisi christus . uel quis umquam per sanguinem
uinctos de lacu eduxit . Sapiue tu tollimus
prophetarum Ieremias non per sanguinem sed per funiculos
uetustis pannis circumpositis sit eductus de lacu
in quo non erat aqua sed lutum in quo tamen
regis proiectus fuit Quod deus et homo fuit qui se-
ysaie . xi . Egredietur uirga et cetera pultus fuit
paulo post sequitur . Non secundum uisionem oculo-
rum iudicabit neque secundum auditum aurium argu-

et . sed iudicabit in iusticia pauperes et arguet
in equitate pro mansuetis terre et percutiet terram
uirga oris sui . et spiritu labiorum suorum interficiet im-
pium . Ex hiis omnibus probatur eius diuinitas . Omnes
enim terreni reges iudicant secundum quod uident et au-
diunt . deus autem intuetur cor et spiritu labiorum eius in-
terficiet impium quod nullius terrenorum regum fecit pretermisit
Et paulo post . Radix iesse qui stat in signum
populorum ipsum gentes deprecabuntur et erit sepulchrum
eius gloriosum . Nichil quod dicit radix iesse notatur eius
humanitas . quod dicit ipsum gentes deprecabuntur no-
tatur eius diuinitas . quia solus deus est adorandus . Et
erit sepulchrum eius gloriosum . hoc manifestum est
in hebreo habetur Et erit requies eius gloria
et hoc plus importat . quia triplex est requies corporis eius
gloria in sepulchro . et requies anime eius gloria in
inferno . et requies utriusque . scilicet corporis et anime in
eternum est in celo . Requies corporis eius triplex est glo-
ria in sepulchro . quia corpus eius in sepulcro non est
corruptum . unde dixit Quoniam non derelinques a-
nimam meam in inferno nec dabis sanctum tuum uidere
corrupcionem . Hoc dauid de se ipso dicere non potuit
. quia dauid uidit corrupcionem . Item triplex est requi-
es eius gloria in inferno . quia solus fuit inter
mortuos liber . unde ait in ps' lxxxvii . Uita
mea in inferno appropinquabit . estimatus sum cum de-
scendentibus in lacum . factus sum sicut homo sine adiu-
torio inter mortuos liber . Descendens enim sic homo
in infernum . sed solus inter mortuos liber fuit quia
mors illum tenere non potuit . Fuit et requies
anime eius gloria in inferno quia lumine diuinitatis
sue sanctos suos ibi illuminauit . unde ipse ait in
ecclesiastico in libro iesu filii syrach . xxiiii . capitulo
Penetrabo omnes inferiores partes terre et inspiciam
omnes dormientes et illuminabo omnes sperantes in
domino . Et . ys' . ix . habitantibus in regione um-
bre mortis lux orta est eis . Ideo fuit requies
eius gloria in inferno quia suos inde eripuit .
unde ait osee . xiii . De manu mortis liberabo
eos et cetera ¶ Item est etiam requies eius gloria in
celo deo patri equalis et regnando . unde ps' . Dixit
dominus domino meo sede a dextris meis . Donec ponam
et cetera . Si iudeus dicat quod dauid hoc dicit de abraham
uel de alio Tunc quere quomodo quod sequitur Tecum
principium in die uirtutis tue . in splendoribus scilicet . cxi . ante lu-
ciferum te . et illud . Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem .
Abraham enim non fuit sacerdos . et quis fuit sa-
cerdos secundum ordinem melchisedech nullus .

q̄ gnē passionis x̄pi

nota

q̄re latrones suspensi sunt

q̄ per mortem suam nos saluauit

q̄ deus et homo fuit qui sepultus fuit

Pater resuscitat **De resurrectione xpi**
filium dicens in ps. lvi. et c. Exurge gloria
mea exurge psalterium et cythara. Et respondet
ipse Exurgam diluculo. Et in ps. iii. Ego dormi
vi et soporatus sum et exsurrexi. Et ys. xxxiii.
Nunc consurgam dicit dominus nunc exaltabor **De**
De xpi ascensione ps. **ascensione xpi**
xviii. A summo celo egressio eius et occursus
eius usque ad summum eius nec est qui se abscondat
a calore eius. Est calor amoris et calor spiritus
sancti a quo nullus bonorum se abscondit. Et est calor
iusticie eius sive ignis infernalis a quo nullus
malorum se abscondet. unde ps. xc. vi. Ignis
ante ipsum precedet et inflammabit in circuitu inimi
cos eius. Et ps. xlvi. Ascendit deus in iubilatione
et dominus in voce tube. Quod si iudei non volunt de xpo
intelligere quero quando deus sic ascendit vel unde. Et
lxvii. ps. Regna terre cantate deo psallite do
mino qui ascendit super celos celorum ad orientem
et bene adiecit ad orientem quia ille locus moveri
probatur est ubi xpc resurrexit et unde in celum
ascendit. ut dicit ysidorus vel ad orientem id est ad illum
cardinem in quo eterna claritas semper oritur et numquam oc
cidit. Et amos ix. Dominus deus exercituum qui tan
git terram et in fra. Qui edificat in celo ascen
sionem suam et fasciculum suum super terram fundavit
hic exponit de missione spiritus sancti. Sed ysidorus in eodem
ait hunc textum sic. Edificavit dominus in celo
ascensum suum et pollicitationem in terra firmavit.
Et mich. ii. Ascendet pandens iter ante
eos dividet et transibunt portam egredientur
per eam id est de mundo ad celum et transibit rex eorum
coram eis et dominus in capite eorum tamquam princeps
Et ps. lxvii. Ascendens in altum captivam
duxit captivitatem dedit dona hominibus. Hic pau
lus assignat textum psalmi qui bene novit
textum hebreorum. hic notatur xpi ascensio et
sancti spiritus missio. Queret aliquis quomodo dicitur
deus ascendere in celum qui ubique est. Unde Sa
lomon ait iii. Regum viii. Si celum celi
celorum te capere non possunt quanto magis domus
hec quam edificavi tibi. Et in propheta Celum et terram
ego impleo. Qui ergo ubique est de loco ad lo
cum ergo deus ascendere non potest. motus enim de loco
ad locum tantum convenit circumscriptibilibus. Sed deus est
incircumscriptus ergo sibi non convenit. Ascendit ergo
deus in celum secundum humanitatem qui ubique est
per divinitatem. **De missione spiritus sancti in discipulos**

De emissione spiritus sancti dominus ait per Iohel ii.
Effundam spiritum meum super omnem carnem
id est super electos de omni carne et prophetabunt filii
vestri et filie vestre etc. Et paulo post Sed et
super servos meos et ancillas in diebus illis ef
fundam de spiritu meo et zach. xii. Effundam super
domum david et super habitantes ierusalem spiritum gratie.
Quod **quod variis linguis loquebantur apostoli**
Quod variis linguis loquebantur apostoli et per to
tum mundum predicaverunt testatur david ps. xviii.
Non sunt loquele neque sermones quorum non audiantur voces eorum id est quia loquebantur omnibus
linguis. In omnem terram exivit sonus eorum
quod de nullis prophetis potest dici quia non loquebantur omnibus
linguis nec per totum mundum predicaverunt. Sed max
ime in solo iudea. **De planctu iudeorum super**
Quod iudei qui xpm **xpm quem occiderunt**
crucifixerunt videbunt eum iudicem venien
tem ipse predixit per zach. xii. Aspicient ad me
quem confixerunt et statim propheta subinfert. plan
gent eum planctu quasi super unigenitum et dolebunt
super eum sicut doleri solet in morte primogeniti.
Hic planctus et potest referri ad eundem plan
ctum quem multi iudeorum planxerunt qui xpm re
surrexisse et ascendisse audierunt. unde statim
sequitur. In die illa magnus erit planctus
in ierusalem **Quod per xpi mortem iudei desolati sunt**
Quod per xpi mortem iudei desolati sunt et
dispersi dicit david ps. lxxii. Quomodo facti sunt
in desolationem subito defecerunt perierunt propter ini
quitatem suam. Et ps. xc. iiii. Deus ultionum
...captabunt in animam iusti et sanguinem innocentem condempnabunt
et reddet illis iniquitatem ipsorum et in malicia
ipsorum disperdet eos disperdet illos dominus deus no
ster. dicit disperdet quia dispersit in mundum et disper
det in infernum. Et dan. ix. Occidetur xpc et
non erit eius populus qui eum negaturus est. et
civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce
venturo id est cum tyto. Qualiter autem civitas ierusalem
per vespasianum vastata sit per tytum et vespasia
num scribit Iosephus lib. xiiii. Sub tyto capti
vata sunt. CC. xv. milia. Et quinquaginta et xxxv
milia vendita. Et ierusalem ascendi potuit per con
gestionem cadaverum et civitas plena ca
daveribus ita quod et vie cadaveribus claudentur
et super cadavera iretur. Et in Iordane infinita
submersa sunt. Et plurium milium ventres exen
terati sunt propter aurum quod glutiverant. Et sanguis

d planctu iudeorum super xpm quem occiderunt

Nota

largior fuit ut ignem extingueret. Item
plura milia se ipsos occiderunt. Et .xxxv.
milia se mutuo occiderunt. Et matres pu
eros occiderunt et comederunt. hec Josephus.
Cum igitur iudei sepe studia pacis omise
rint pro ydolatria et alia multa. et tamen nunquam
tam acriter puniti fuerunt. patet quod gran
de sit peccatum quod xpm crucifixerunt. Testimonium
Josephi de iacobo. Et Josephus libro
xviii. Jacobus frater iesu tante fuit sancti
tatis ut destructio ierusalem et calamitas quam
passi sunt iudei propter ... eius accidit propter inter
necionem Jacobi. hec Josephus. Cum autem idem
Jacobus de pinnaculo templi precipitatus fuerit
pro eo quod xpi gloriam predicavit. et pro pena
mortis eius ierusalem sit destructa. ut dicit
Josephus. patet quod virtute predicabat. De ef
ficacia baptismi xpianorum

Gratiam bap
tismi dominus per ezechielem predixit. xxxvi.
Cum sanctificatus fuero in vobis congregabo
vos de universis terris et effundam super vos
aquam mundam et mundabimini ab omnibus inqui
namentis vestris. et ab universis ydolis vestris
mundabo vos et dabo vobis cor novum et spiritum
novum ponam in medio vestri. Figura baptis
mi precessit in veteri testamento. quia legitur iiii. regum
v. quod cum naaman syrus vir leprosus exuis
set helisei preceptis in iordane baptizatus est
ubi figuratur efficacia baptismi nostri quod primo
in iordane incepit. Testimonium Josephi de
Johanne baptista

Hoc testimonium perhibet
Josephus Johanni baptiste dicens libro
xviii. herodis exercitus ideo periit quia merito
in dignacione pro ... est divina punitio quod
vocabatur baptista. hunc enim herodes occidendum
virum valde bonum qui precipiebat iudeis ut
virtutem operam dare iusticiam colere in deum pie
tatem servare. Tunc enim demum baptismum accep
tabile fore non solum si ad absolvenda peccata
sumatur. verum et ad sanctimoniam cordis et ani
iusticiam purificacionemque fuerit. omnique pa
riter virtuti velut signaculum et custodia fi
delis habeatur. herodes vitans ne doctrine eius per
suasione populi a regno eius discederent. occidit
Johannem. hec Josephus. Item Josephus dicit. fuit is
dem temporibus iesus vir sapiens. si eum tamen virum
nominare fas est. Erat enim mirabilium operum
effector. et doctor eorum qui libenter que vera sunt
audiunt et multos iudeorum et multos ex gentibus
sibi adiunxit xpus hic erat. hunc accusacione
primorum nostre gentis cum pylatus morte agen
dum decrevisset non deseruerunt eum qui ab inicio
eum dilexerunt. apparuit autem eis tercia die vivus
sicut quod prophete vel hec vel alia de eo futura predix
erant. hic est in hodiernum diem xpianorum qui
ab ipso dicti sunt et nomen perseverant et genus.
hec Josephus. Josephus autenticus est apud iu
deos. hoc testimonium xpi ibi dicit non esse
set tunc fuere si habeant ibi dirige herode
et de tyto et vespasiano. quod si eadem habent ysto
rias habent est de xpo nisi sponte deleverint
De cruce xpi

De cruce domini nostri
iesu xpi quam iudei derident. predixit
ys. xi. Levabit dominus signum in nacionibus
et congregabit dispersos israel. et profugos iude
colliget a quatuor plagis terre. ys. xlix.
Ecce levabo ad gentes manum meam et exal
tabo ad populos signum meum. Et in ezechiele xvii.
Exaltavi lignum humile et siccavi lignum vi
ride et frondere feci lignum aridum. Crux xpi
prefigurata est multis figuris. legitur enim in exodo xv.
quod cum filii israel venissent in marath. non pot
erant bibere aquas eo quod essent amare. et mur
muravit populus contra moysen. At ille cla
mavit ad dominum qui ostendit ei lignum quod
cum misisset in aquas in dulcedinem verse sunt
Et legitur in libro numeri xxi. quod cum ignita serpentes
perderent filios israel in deserto moyses iubente
domino serpentem eneum pro signo posuit in ligno quem
qui percussi inspiciebant sanabantur. Et in e
zechiele legitur ix. Cum dominus mitteret sex viros i.
angelos in ierusalem unusquisque habebat vas inte
ritus in manu sua. vir quoque unus in medio
habebat atramentarium ad renes eius cui dix
it dominus. Signa thau super frontes virorum
gementium et dolentium super cunctis abhominacioni
bus in medio ierusalem. Et dixit sex viris
Transite civitatem sequentes eum et percutite senem
adolescentulum et virginem et parvulum et mulierem
interficite. Omnem autem hominem super quem vi
deritis thau ne occidatis. Thau est extrema
abhominantes templum et civitatem dei propterea caldeis babylonie semel et iterum tradidit nos deus in captivitatem. Deinde post lxx. annos nos renovavit. Illud ergo volo ut dicatis michi postquam regressi fuistis de babylone et reedificastis templum in ierusalem et in eo adorastis deum et non ultra ydola quod peccatum fecistis in conspectu dei ut vos tam crudeliter puniret. Ecce prope mille .CC. lxxx iiii^or annos in omnem terram dispersi estis. et duxit dominus Tytum et vespasianum a Roma qui exterminaverunt et interfecerunt de vestris decies millena milia. sicut Josephus hystoriographus dicit. et succenderunt templum et destruxerunt altare. et sancta. et civitatem omnem. et vos captivaverunt, et estis hodie tamquam legis prevaricatores in omnem terram dispersi. neque habetis altare. neque archam neque propiciatorium. neque locum pasce perficiendi. Dixerunt vobis deus Reliquiam faciatis pasce de foris ierusalem. neque in gradum egypti. Ecce patres vestri peccaverunt et vos in babylonia exulati. tandem deo reconciliati sunt et templum reedificaverunt. Quod autem antequam magnum peccatum fecistis quando non eduxit vos deus de gentibus neque templum habetis. Numquid ydolis filios et filias vestras sacrificastis. Numquid templum contaminastis. Numquid statuam adorastis. Numquid prophetas interfecistis sicut patres vestri. Absit. Quare ergo tanto tempore a deo derelicti estis. Vere et si vos non dixeritis causam lapides clamabunt. Quia christum crucifixistis. propterea extat meritum in dispersione eritis. Cum enim patres vestri abhominationes in tantis in conspectu dei egissent, a deo condonate sunt illis. ut neque per .CC. annos in captivitate illos dimisisset. Vos autem in christum peccantes. non .CC. sed mille .CC. lxxxiiii annos et etiam usque in finem seculi eiecti eritis. Nos autem gentes filii dei et eius heredes vocati sumus et cum glorificatemur simul cum patre et spiritu sancto. in secula seculorum amen. ¶ Iudei dixerunt Et nos exspectamus christum in mundum futurum in deum ex iudeis de ? filium qui legem nostram nullomodo despiciet sed servabit eam et renovabit sacrificia et gentem nostram. ¶ Christianus dixit. Speratis vos quod ipse legem vestram sequatur et servabit. ¶ Iudei dixerunt. Speramus et credimus et affirmamus. ¶ Christianus dixit videte quia dixistis quando futurus christus vester iudeus erit. et sacrificia moysaica renovabit. et quando adhuc veniet. Audite ergo diligenter. Si ut dicatis christus vester adhuc futurus est. et iudeus erit ipse et ea que in vestre legis sunt servabit

¶ quomodo daniel dicit. usque ad christum ducem ebdomade annorum lxx erunt. et auferentur sacrificium et libamen et ungetur sanctus sanctorum. Ostendite michi quando christus venit sanctus sanctorum post lxx septimanas Danielis. sed est post CCCC. annos et oblata sunt sacrificia et libamina templi. Cum ergo vos mentiamini dicentes quod nondum venit christus. sed veniet. Ergo ostendite quibus sanctus sanctorum venit. post CCCC^tos annos danielis Rursus mentimini dicentes quod sacrificia legalia debet facere christus vester. quia daniel dicit quod sacrificia vestra christo veniente debent cessare. Ecce nos sicut vos dicatis novum christi testamentum tenentes cultores sumus et christus vester legem vestram reformabit et tenebit quomodo testamentum illud queremus de quo dicit dominus per Ieremiam. xxxi. Ecce dies veniet dicit dominus et feriam domui israel et domui iuda fedus novum non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra egypti. Postquam enim data fuit vobis lex in monte synai. dixit deus per ysaiam .ii. Quoniam de syon exibit lex et verbum domini de ierusalem. Itaque christus venit ipse et novam legem adduxit et veteris testamentum consummavit. ¶ Iudei dixerunt. quomodo non erubescatis in homine suspensum et condempnatum speratis. ¶ Christianus respondit. Quod est peiorius apud deum homo an serpens eneus quem vos adorastis? verumtamen audite me diligenter et nolite turbare scripturam et sensum vestrum. qui dei est sermo Dicite michi crucifixistis christum an non? ¶ Iudei dixerunt. Utique crucifiximus eum. ¶ Christianus dixit. Propter quam causam. ¶ Iudei responderunt. quoniam transgressor erat legis et solvebat et sabbatum ¶ Christianus dixit. Fratres audite moyses et prophete christum futurum in fine temporum predixerunt et quod vendi debebat et duci ad mortem et ligari et aceto et felle potari et lancea perforari et quod celum obscuraretur et quod cum iniquis deputaretur et pedes eius et manus clavis confingerentur. et impossibile est quod verba moysi et prophetarum non adimpleantur. Illud ergo dicatis nobis. Si in christo vestro hec passiones

conplende aut in mundo Christo conplere sunt dicte.
Si autem neque in mundo neque in mundo finienda sunt ista
prophete omnino mentiuntur. ¶ Conangustiati un
dique iudei etc. Nouimus quod prophetae nostri unum Christum
ut legis preuaricatorem morte turpissima con
dempnauerunt. ¶ Christianus respondit. Sunt affirmamus
prophetas in medio et uideamus an crucifixus a uo
bis maleficus fuerit. Vestrum dicere tu quis
hoc tenemus est sine peccato. ¶ Iudei responderunt. Nemo
sine peccato nisi solus deus. ¶ Christianus inquit. Indu
bitanter uerum est quod asseritis. Sunt ergo audite
quid ysaias de paciente dicat. Sicut ouis ad occi
sionem ducetur et sicut agnus coram tondente
se obmutescet. ab iniquis ipse ducetur ad
mortem et dabuntur maligni pro sepultura eius et di
uites pro morte illius quoniam ipse peccatum non fecit
nec inuentus est dolus in ore eius. Ecce quod
publica uerecundia facit nobis uester propheta dicens
quod peccatum non fecit et uos eum turpissima morte di
cebatis. Dixistis enim quod nemo esset sine peccato
nisi solus deus. Ergo uerus est deus qui crucifixus
fuit peccatum enim non fecit nec inuentus est dolus in o
re eius. Uideamus item quod et relique de passione dix
erunt utrum maleficum an deum illum testentur ut for
te multitudinem prophetarum uideamus. et aduersus Christum
et christianos deinceps iniuria non proferatis. Ec
ce enim de uendicione Christi zacharias et Ieremias prophe
te dicunt quod susceperunt xxx argenteos precium ap
preciati hominis et dederunt illos in agrum figuli. Ec
ce appreciatum et appreciandum et sine precio ut uos
male putatis prophete Christum uocant. Item de obscu
racione que in crucifixione facta est et de uoce qua cla
mauit et de terre motu tunc facto audite prophetam
Iohel dicentem. Sol et luna obscurabuntur et stel
le extinguent lumen suum. dominus uero de syon cla
mabit et commouebuntur celum et terra. Ecce ipsum
dominum nominat crucifixum. Moyses item tam domini
nostri iesu christi crucifixionem quam uestram infideli
tatem annunciat dicens sic. Uidebitis uitam
uestram in ligno pendentem et non credetis. Vi
tam nominat eum qui in ligno crucifixus fuit
non potestis nisi dicere quod de ereo serpente cre
didistis sed in Christo qui uera uita est non credidistis.
Et item zacharias propheta de obscuracione dicit. Asta
bit deus meus et omnes angeli eius cum eo. In
die illa non erit lux et aduesperum erit lux
ab hora enim sexta usque ad horam nonam tenebre
facte sunt. Ecce zacharias deum et dominum crucifixum.

nota

ista dicit quoniam de ereo serpente

uocant. Neque dicatis quod hec de uiro dyaº dicta sint.
quoniam si asseritis ista de eo esse dicta necesse est ut crede
tis quod uos in hominem crucifixum et condempnatum peccatis
Cum autem iudei hec contradicere non possent surrexerunt
ac turbati sunt confusi sunt uerecundi sunt et obmutuerunt
timuerunt. alienati facti sunt erubuerunt discesserunt
dicentes. Adonay adonay erramus conuicti sumus
quando faciemus. Plurimi ergo eorum errore suum de
linquentes fideliter credentes baptizati sunt Christum deum
uerum et hominem confitentes. Cui gloria et imperium simul
est cum patre et spiritu sancto in secula seculorum amen. **Errores**
parisius apud quosdam doctores reperti et
condempnati in fine huius continentur

errores parisius doctores condempnati tenet

S permissione diuina parisiensis
ecclesie minister indignus salutem in filio uir
ginis gloriose. Magnarum et grauium personarum cre
bra zelo fidei accensa insinuauit relatio quod non
nulli parisius studentes in artibus proprie facultatis
limites excedentes quosdam manifestos et execra
biles errores immo potius uanitates et insanias
falsas in cedulis sigillatim et distincte contentos sed
et inclusos et quasi dubitabiles in scolis tractare et dispu
tare presumunt. non attendentes illud Gregorii. Qui
sapienter loqui nititur magnopere metuat ne eius
eloquio audientium unitas (communitas) confundatur. Presertim cum
errores predictos gentilium scripturis muniunt
quos pro dolor ad suam imperitiam asserunt sic cogen
tes ut eis nesciant respondere. Ne autem quod sic in
nuunt asserere uideantur responsiones ita palli
ant quod dum putant uitare sillam incidunt
in caribdim. Dicunt enim ea esse uera secundum philosophiam
sed non secundum fidem catholicam quasi sint due contrarie
ueritates et quasi contra ueritatem sacre scripture sit
ueritas in dictis gentilium dampnatorum de quibus scrip
tum est perdam sapientiam sapientium quia uera sapientia per
det falsam sapientiam. Utinam tales attendent
consilium sapientis dicentis. Si est tibi intellectus responde
proximo tuo. sin autem. sit manus tua super os tuum
ne capiaris in uerbo indisciplinato et confundaris.
¶ Ne igitur incauta locucio simplices pertrahat in
errorem. nos tam doctorum sacre pagine quam aliorum
uirorum prudencium communicato consilio districte talia et
similia fieri prohibemus et ea totaliter condempnamus excom
municantes omnes illos qui dictos errores uel ali
quem de eisdem dogmatizauerint aut defenderint seu
sustinere presumpserint quoquo modo. necnon audito
res nisi infra vii dies nobis uel cancellario parisiensi
duxerint reuelandum. nichilominus contra eos processuri
pro qualitate culpe ad penas alias prout iuris dic

cavit infligendas. ¶ Librum etiam de amore, sive de
deo amoris, qui sic incipit: Cogit me multum, et
sic terminatur: Caveto igitur, galtere, amoris exercere man-
data. ¶ Item librum geomancie qui sic incipit:
Existimaverunt Indi, etc. et sic terminatur: Ratiocina-
re ergo super eum, et invenies, sicut etc. ¶ Item libros,
rotulos, seu quaternos nigromanticos aut continentes
experimenta sortilegiorum, invocaciones demonum,
sive coniurationes in periculum animarum, seu in quibus
de talibus et similibus fidei orthodoxe et bonis mo-
ribus evidenter adversantibus tractatur, per eandem sen-
tentiam condempnamus, et omnes qui dictos libros ro-
tulos et quaternos dogmatizaverint aut audierint,
nisi infra septem dies nobis vel cancellario Parisiensi pre-
dictos revelaverint, eo modo quo superius est expressum
in hiis scriptis excommunicationis sententiam proferentes,
ad alias penas, prout culpe qualitas exigerit, nichil-
ominus processuri. Datum anno domini Mº. CCº. lxxvi
die dominica qua cantatur Letare Jerusalem, in curia
Parisiensi. ¶ Hii autem sunt articuli dampnati in scolis
annotati, et primo ordinantur qui sunt de deo. ¶
.1. Primus, quod deus non est trinus et unus, quoniam tri-
nitas non constat cum summa simplicitate. Ubi
enim est pluralitas realis, ibi necessario est additio et
compositio, exemplum de acervo lapidum. ¶ Secundus quod de-
.2. us non potest generare sibi similem. Quod enim generatur
ab aliquo habet principium a quo dependeat, et quod
in deo generare non est signum perfectionis. ¶ Tercius
.3. quod deus non cognoscit alia a se. ¶ Quartus quod
.4. deus non potest dare perpetuitatem rei transmuta-
.5. bili vel corruptibili. ¶ Quintus quod prima causa
non posset producere effectum sibi equalem, nisi tem-
6 peraret potentiam. ¶ Sextus quod deus non possit
facere plures animas in numero. ¶ Septimus quod deus
7 numquam plus creavit intelligentiam quam modo creat.
.8. ¶ Octavus quod deus est infinite virtutis in du-
ratione, non in actione. Talis enim infinitas non
.9. est nisi in corpore infinito, si esset. ¶ Nonus quod
prima causa non posset plures mundos facere. ¶ De-
.10. cimus quod cum agente ipso ut patre et homine et asin-
.11. o non posset fieri homo. ¶ xi. quod deum in hac vi-
.12. ta mortali possumus intelligere per essentiam. ¶ xii.
quod deus non potuit fecisse primam materiam nisi
.13. mediante corpore celesti. ¶ xiii. absolute an-
.14. tiquum non potuit novum procedere absque transmutatione
precedente. ¶ xiiii. quod prima causa non habet scientiam fu-
turorum contingentium. Primo quia futura contingentia non sunt
entia. Secundo quia contingentia futura sunt particularia. Deus

autem cognoscit virtute intellectiva, que non potest cogno-
scere particularia. Unde si non esset sensus, forte intellectus
non distingueret inter Sortem et Platonem, licet
distingueret inter hominem et asinum. Tercio propter ordi-
nem cause ad causatum. Prescientia enim divina est cau-
sa necessaria prescitorum. Quarta ratio est ordo scientie ad sci-
tum. Quamvis enim scientia non sit causa sciti, ex quo
tamen scitur, determinatur ad alteram partem contradictionis, et hec
maxime in scientia divina que infinita. ¶ xv. quod primum .15.
principium non potest esse causa diversorum factorum hic infe-
rius, nisi mediantibus aliis causis, eo quod nullum
transmutans transmutat diversimode, nisi transmu-
tatum. ¶ xvi. quod ab uno primo agente non potest es- .16.
se multitudo effectuum. ¶ xvii. quod primum principium .17.
non est ipsa causa eternorum nisi metaphorice, quia
conservat ea, id est quia nisi esset, non essent. ¶ xviii. quod .18.
sicut ex nichilo non potest aliquid fieri sine agente, sic non
potest aliquid fieri sine materia, et quod deus non est
causa efficiens, nisi respectu eius quod habet esse in
potentia materie. ¶ xix. quod entia derivantur .19.
ab ordine prime cause in se considerate, licet non
in ordine ad reliquas causas agentes in univer-
so. Hic est error, quia essentialior et inseparabilior est
ordo entium ad causam primam quam ad causas inferiores.
¶ xx. quod deus non potest esse causa novi facti, nec potest .20.
de novo producere. ¶ xxi. quod deus non possit movere .21.
celum motu recto, et est ratio quia tunc relinqueret
vacuum. ¶ xxii. quod deus non potest irregulariter, id est .22.
alio modo quam movet, movere aliquid, quia in eo non
est diversitas voluntatis. ¶ xxiii. quod deus est .23.
eternus in movendo sicut in existendo, alioquin
ab alio determinaretur quod esset prius illo. ¶ xxiiii. .24.
quod illud quod de se determinatur, ut deus, aut agit
aut numquam, et quod multa sunt eterna. ¶ xxv. quod deum .25.
necesse est facere quod immediate fit ab ipso. Error,
si intelligatur de necessitate coactionis, quia tollit liber-
tatem arbitrii, sive de necessitate immutabilitatis,
quia ponit impossibilitatem aliter faciendi. ¶ xxvi. 26
quod primum principium non potest immediate producere
generabilia, quia sunt effectus novi. Effectus autem novus
exigit causam immediatam que potest aliter se habere. 27
¶ xxvii. quod primum principium non potest aliud a
se producere, quia omnis differentia que est inter agens
et factum est per materiam. ¶ xxviii. quod deus non 28
potest immediate cognoscere contingentia, nisi per
aliam causam particularem et proximam. ¶ xxix. .29.
quod si omnes cause alique starent, necesse est deum fore
mobilem. ¶ xxx. quod est deus necessaria causa prime .30.

intelligencie, qua posita ponitur effectus et sit similis
31. duracione ¶ xxxi. quod deus est causa necessaria
motus corporum superiorum et coniunctionis et divisionis
32. omnis contingentis in istis ¶ xxxii. addit quod
effectus omnes sint necessarii respectu cause prime
non sufficit quod ipsa causa sit inpedibilis, sed exigitur
quod cause medie non sint inpedibiles. error, quia
tunc deus non posset facere aliquem effectum necessarium
33. sine causis posterioribus ¶ xxxiii. quod deus possit
agere contraria, hoc est mediante corpore celesti quod est
34. diversum in ubi ¶ xxxiiii. quod deus est infinitus
virtute non quia faciat de nichilo, sed quia continuat mo-
35. tum infinitum ¶ xxxv. quod deus non potest in effectum
36. cause secundarie ¶ xxxvi. quod effectus inmediatus a primo
37. debet esse unus tantum et simillimus primo ¶ xxx-
vii. quod deus vel intelligencia non infundit scientiam
anime humane in sompno nisi mediante corpore celesti.
38. 39. ¶ xxxviii. quod plures sunt motores primi ¶ xxxix.
quod primum immobile simplex non movet nisi
mediante aliquo moto, et quod tale movens im-
40. mobile est pars moti ex se ¶ xl. quod potencia ac-
tiva que potest esse sine operacione est permixta potencie
passive. error si intelligatur de qualibet operacione
41. ¶ xli. quod deus non potest multiplicare individua
42. sub una specie sine materia ¶ xlii. quod forma que o-
portet fieri et esse in materia non potest agi ab illo
43. quod non agit ex materia ¶ xliii. quod deus non potest fa-
cere accidens sine subiecto nec plures dimensiones
44. simul esse ¶ xliiii. quod impossibile simplex
non potest fieri a deo vel ab agente alio. error si in-
45. telligatur de impossibili secundum naturam ¶ xlv. quod
alius est intellectus in racione primi quam deus intelli-
git se et alia. error, quia licet sit alia racio in-
telligendi non alius intellectus secundum racionem ¶
46. ¶ xlvi. est quod prima causa est causa remotissima.
error si intelligatur cum precisione, ita scilicet quod non
47. proxima ¶ xlvii. quod aliqua possunt casualiter
evenire respectu prime cause, et quod falsum est omnia
esse preordinata a prima causa, quia tunc evenirent
48. de necessitate ¶ xlviii. quod in causis efficientibus secunda
causa habet accionem quam non accepit a prima causa
49. ¶ xlix. quod in causis efficientibus cessante prima
non cessat secunda ab operacione sua dum tamen secunda operatur
50. secundum naturam suam ¶ l. quod de deo non potest cognosci
51. nisi quia ipse est vel ipsum esse ¶ li. quod deum esse ens
per se non est intelligibile sed privative est ens per se.

vii. cap. de angelo

1. Primus quod omnia separa-
2. ta coeterna sunt primo principio ¶ Secundus quod in-
telligencie superiores creant animas racionales sine
motu celi, intelligencie autem inferiores creant vegeta-
tivam et sensitivam motu celi mediante ¶ Tercius quod 3
intelligencia, angelus vel anima separata nusquam est ¶ Quartus 4
quod substancie separate eo quod habent unum appetitum non 5
mutantur in opere ¶ Quintus quod intelligencie sive substan-
cie separate quas dicit eternas non habent proprie causam
efficientem sed metaphorice, quia habent causam conservan-
tem in esse, sed non sunt facte de novo quia sic essent transmu- 6
tabiles ¶ Sextus quod in substanciis separatis nulla est
possibilis transmutacio nec sunt in potencia ad aliquid eo
quod eterne sunt et immunes a materia ¶ Septimus quod 7
substancie separate quia non habent materiam per quam prius sunt
in potencia quam in actu et sunt actualiter ab eodem modo se ha-
bente ideo sunt eterne ¶ Octavus quod substancie separate per 8
suum intellectum causant res ¶ Nonus quod intelli- 9
gencia motrix celi influit in animam racionalem sicut
corpus celi influit in corpus humanum ¶ x. quod an- 10
gelus non potest in actum oppositum immediate sed in ac-
tus mediatos et hoc mediante aliquo ut orbe ¶ xi. 11
quod angelus nichil intelligit de novo ¶ xii. quod si es- 12.
set aliqua substancia separata que non moveret aliquod corpus in
mundo sensibili non clauderetur in universo ¶ xiii. quod 13
substancie sempiterne separate a materia habent bonum quod est
eis possibile cum producuntur nec desiderant aliquid quo
carent ¶ xiiii. quod substancie separate sunt sua essencia 14
quia in eis idem est quo est et quod est ¶ xv. quod omne quod 15
non habet materiam est eternum, quia quod non est factum per trans-
mutacionem materie prius non fuit, ergo est eternum ¶ xvi. 16
quod quia intelligencie non habent materiam deus non pos-
set plures eiusdem speciei facere ¶ xvii. quod intelli- 17
gencie superiores in inferioribus sunt causa eterne congnicio-
nis ¶ xviii. quod intelligencia perficitur a deo in eternita- 18
te quia secundum totum est immutabilis, anima autem celi non
¶ xix. quod intelligencia recepit esse a deo per intelligencias 19
medias ¶ xx. quod sciencia in illis non differt a substancia 20
intelligencie ibi enim non est diversitas intellecti ab intelli-
gente nec diversitas intellectorum ¶ xxi. quod substancie se- 21
parate sunt actu infinite, infinitas enim non est im-
possibilis nisi in rebus materialibus ¶ xxii. quod intelli- 22
gencie superiores imprimunt in inferiores sicut anima una intellectiva
imprimit in aliam et in animam sensitivam et per
talem impressionem incantator aliquis proicit camelum
in foveam solo visu ¶ xxiii. quod intelligencia cum 23
sit plena formis imprimit illas formas in ma-
teriam per corpora celestia tamquam per instrumenta ¶ xxiiii. 24
quod substancie separate sunt alicubi per operacionem et quod non possunt
moveri ab extremo in extremum nec in medium nisi

quod possit velle operari, et in medio et in extre-
mis, error, si intelligatur sine operatione substantiam non
25 esse in loco nec transire de loco ad locum. ¶ xxv. Quod in-
telligentia sola voluntate movet celum. ¶ xxvi. Quod
26. substantie separate nusquam sunt secundum substantiam. Error si
intelligatur ita quod substantia non sit in loco. Si autem in-
telligatur ita quod substantia sit ratio essendi in loco, verum est
quod nusquam sint secundum substantiam. viii. cap. de anima

viii^m cap. de anima sive intellectu

viii. cap. de anima sive intellectu

Primum. Quod intellectus non
1 est actus corporis nisi sicut nauta navis,
2 nec est perfectio essentialis hominis. ¶ Secundus. Quod intellectus
quando vult movet corpus, et quando non vult non movet.
3 ¶ Tercius. Quod ex sensitivo et intellectivo non fit unum
per essentiam nisi sicut ex intelligentia et orbe, hoc est unum
4 per operationem. ¶ Quartus. Quod intellectus humanus est eter-
nus, quia est a causa semper eodem modo se habente, et quia
non habet materiam per quam prius sit in potentia quam in actu. ¶
5 Quintus. Quod anima separata nullo modo patitur ab igne.
6 ¶ Sextus. Quod intellectus est unus numero omnium. Licet
7 enim separetur a corpore hoc, non tamen ab omni. ¶ Septimus.
Quod intellectus hominis corrupti non habet scientiam quam
8 habuit. ¶ Octavus. Quod anima humana nullo modo est
mobilis secundum locum nec per se nec per accidens, et si
ponatur alicubi per suam substantiam nunquam movebitur
9 de ubi ad ubi. ¶ Nonus. Quod substantia anime est eterna, et
quod intellectus agens et possibilis sunt eterni. ¶ x. Quod mo-
10 tus celi sunt propter animam intellectivam, et quod anima intellectiva
sive intellectus non potest educi nisi mediante corpore.
11. ¶ xi. Quod nulla forma ab extrinseco potest facere u-
num cum materia. Quod enim separabile est, cum eo quod est
12. corporale unum non facit. ¶ xii. Quod anima separata
non est alterabilis secundum philosophiam, licet secundum fidem
alteretur. ¶ xiii. Quod anima rationalis quando recedit ab anima-
13 to adhuc remanet animal vivum. ¶ xiiii. Quod anima
14 intellectiva cognoscendo se cognoscit omnia alia.
Species enim omnium rerum sunt sibi concreate. Sed hec co-
gnitio non debetur intellectui nostro prout noster est, sed
15 secundum quod est intellectus agens. ¶ xv. Quod anima est
inseparabilis a corpore, et ad corruptionem armonie
16 corporalis corrumpitur anima. ¶ xvi. Quod scientia magistri
et discipuli est una numero. Ratio autem quod intellectus sic
unus est, quia forma non multiplicatur nisi quia edu-
17 citur de potentia materie. ¶ xvii. Quod intellectus agens
non copulatur nostro possibili, et quod intellectus possibilis
non unitur nobiscum ut forma que est inseparabilis.
18 ¶ xviii. Quod operatio intellectus non uniti copulatur
corpori ita quod operatio est rei non habentis formam qua
operatur. Error est, quia ponit quod intellectus non sit

forma hominis. ¶ xix. Quod nichil potest sciri de intellectu 19
post eius separationem. ¶ xx. Quod intellectus qui est postre- 20
ma hominis perfectio est penitus abstractus. ¶ xxi. 21
Quod intellectus possibilis est in separabilis a corpore sim-
pliciter, quantum adhuc actum qui est specierum receptio,
et quantum ad iudicandum quod fit per simplicem specierum adopera-
tionem vel intelligibilium compositionem. Error est si intelliga-
tur de omnimoda receptione. ¶ xxii. Quod intellectus 22
agens est quedam substantia separata superior ad intellectum
possibilem, et quod secundum substantiam potentiam et operationem
est separatus a corpore, nec est forma corporis humani.
¶ xxiii. Quod inconveniens est ponere aliquos intel- 23
lectus nobiliores aliis, quia cum ista diversitas non
possit esse ex parte corporum, oportet quod sit a parte in-
telligentiarum, et sic anime nobiles et ignobiles essent
necessario diversarum specierum, sicut intelligentie. Error, quia
sic anima Christi non esset nobilior anima Iude. ¶ xxiiii. 24
Quod intellectus speculativus simpliciter est eternus et
incorruptibilis, respectu vero huius hominis corrumpitur,
corruptis fantasmatibus in eo. ¶ xxv. Quod intel-
lectus possibilis est in actu antequam intelligat, quia in 25
natura intelligibili aliquid esse in actu est esse actu in-
telligens. ¶ xxvi. Quod ex intelligente et intellecto 26
fit unum secundum substantiam, eo quod intellectus sit ipsa in-
telligentia formaliter. ¶ xxvii. Quod nos peius vel 27
melius intelligimus, hoc provenit ex intellectu pas-
sivo, quem dicit esse potentiam sensitivam. Error, Aristotiles
quia hoc ponit unum intellectum in omnibus, aut equali-
tatem in omnibus animabus. ¶ xxviii. Quod intellectus potest 28
transire de corpore in corpus, ita quod successive
sit motor diversorum corporum. ¶ xxix. Quod intellec- 29
tus noster per sua naturalia potest pertingere ad cogno-
scendam essentiam prime cause. Hoc male sonat,
et est error si intelligatur de cognitione immediata
diata. ¶ xxx. Quod anima nunquam movetur nisi 30
corpus moveatur, sicut grave vel leve nunquam move-
tur nisi aer moveatur.

ix^m capitulum de voluntate sive arbitrio libero

ix. cap. de voluntate sive libero arbitrio

Primus. Quod de sua natura
potentia non est determinata ad esse vel non esse, nisi 1
determinatur per aliquid quod est necessarium respec-
tu sui. ¶ Secundus. Quod voluntas manente pas- 2
sione et scientia particulari manente in actu non potest
agere contra eam. ¶ Tercius. Quod sine gratia sit ratio rec- 3
ta et voluntas recta. Error est, quia est contra glosam
Augustini super illud Psalmi: Concupivit anima mea desi-
derare etc. Quia secundum hoc ad rectitudinem voluntatis gratia
non esset necessaria, sed sola scientia, quod fuit error
Pelagii. ¶ Quartus. Quod voluntate existente in 4

tali dispositione in qua nata est moveri, et movetur
4 sic dispositio quod natum sit movere, impossibile est vo-
5 luntatem non velle. ¶ Quintus quod orbis est causa vo-
luntatis medici ut sanet. ¶ Sextus quod voluntas
6 et intellectus non moventur in actu per se sed per causam
sempiternam, scilicet corpora celestia. ¶ Septimus quod appetitus
cessantibus impedimentis necessario movetur ab
8 appetibili. error est de intellectivo. ¶ Octavus
quod voluntas per se est indeterminata ad opposita
sicut materia, determinatur autem ab appetibili sicut ma-
9 teria ab agente. ¶ Nonus quod homo agens ex passi-
10 one coacte agit. ¶ x quod post conclusionem factam
de aliquo faciendo voluntas non manet libera, et quod
11 pene non adhibentur a lege nisi ad correctionem igno-
rancie et ut correctio aliis sit principium cognicio-
12 nis. ¶ xi quod voluntas hominis necessitatur per suam cog-
13 nicionem sicut appetitus bruti. ¶ xii quod nullum a-
14 gens est ad utrumlibet, immo determinatur. ¶ xiii quod effectus
stellarum super liberum arbitrium sunt occulti. ¶ xiiii quod
voluntas nostra subiacet potestati corporum celestium. ¶
15 xv quod voluntas necessario prosequitur quod firmiter credi-
16 tum est a ratione, et quod non potest abstinere ab eo quod ratio dictat.
Hec autem necessitas non est coactio sed natura voluntatis. ¶ xvi
17 quod homo in omnibus actionibus sequitur appetitum, et semper maiorem.
error si intelligatur de maiori in movendo. ¶ xvii
quod non est possibile esse peccatum in potenciis anime su-
perioribus, et ita peccatum provenit ex passione, non voluntate. ¶
18 xviii quod scientia contrariorum solum est causa quare anima ra-
cionalis potest in opposita, et quod potencia simpliciter u-
na non potest in opposita nisi per accidens et racione
19 alterius. ¶ xix quod anima nichil vult nisi mota ab
alio. unde illud est falsum: anima se ipsa vult. error
si intelligatur mota ab alio scilicet ab appetibili vel obiecto,
ita quod appetibile vel obiectum sit tota racio motus ip-
20 sius voluntatis. ¶ xx quod duobus bonis propositis
quod forcius est forcius movet. error est nisi quan-
21 tum est ex parte moventis. ¶ xxi quod omnis motus vo-
luntarius reducitur in motorem primum. error nisi intelli-
gatur in motorem primum simpliciter non creatum, intelli-
gendo de motu secundum substanciam, non secundum difformi-
tatem. x^m capitulum de toto coniuncto

x^m cap^m de toto coniuncto

1 Primus quod homo per intellectum dicitur intelligere, prout
quidam celum dicitur ex se intelligere vel vivere vel
moveri, id est quia agens istas actiones est ei coniunc-
2 tum ut motor mobili, et non substancialiter. ¶ Secundus quod
3 humanitas non est forma rei sed racionis. ¶ Tercius
quod forma hominis non est ab extrinseco sed educitur de
potencia materie, quia aliter non esset generacio humana.

¶ Quintus quod homo per nutricionem potest fieri alius numeraliter et 2
individualiter. ¶ Sextus quod homo est homo preter animam ra- 4
cionalem. xi capitulum de mundo et eius eternitate
Primus quod nichil est eternum a parte finis quod non 1
fuit eternum a parte principii. ¶ Secundus quod re- 2
deuntibus omnibus corporibus in idem punctum, quod fit in
xxxvi milibus annorum, redibunt idem effectus qui modo.
¶ Tercius quod sicut non fuit primus homo nec erit ultimus, immo sem- 3
per fuit et semper erit generacio hominis ex homine. ¶ Quartus quod
generacio hominis est circularis, eo quod forma hominis re-
dit pluries super eandem partem materie. ¶ Quintus 4
quod Sortes factus est non receptibilis eternitatis, si cum de-
beat esse eternus necesse est ut transmutetur natura et specie. 6
¶ Sextus quod mundus est eternus quantum ad omnes spe-
cies in eo contentas, et quod tempus eternum et motus
et materia agens et suscipiens, quia est a potencia dei
infinita, et impossibile est innovacionem esse in effectu
sine innovacione in causa. ¶ Septimus quod nichil est 7
novum nisi celum esset novum respectu materie ge-
nerabilium. ¶ Octavus quod impossibile est solvere ra- 8
ciones philosophi de eternitate mundi, nisi dicamus quod vo-
luntas primi implicat incompossibilia. ¶ Nonus 9
quod duo sunt principia eterna, scilicet corpus celi et anima eius.
¶ x quod tria sunt principia in celestibus, subiectum mo- 10
tus eterni, anima corporis celestis, et primum movens ut
desideratum. error est quo ad duo prima. ¶ xi quod 11
mundus est eternus, quia omne quod habet naturam per quam pos-
sit esse in toto futuro habet naturam per quam potuit esse
in toto preterito. ¶ xii quod licet mundus sit factus 12
ex nichilo, non tamen est factus de novo, et quamvis de non esse
exierit ad esse, non esse non precessit esse duracione sed
natura tantum. ¶ xiii quod theologi dicentes quod celum 13
aliquando quiescet arguunt ex falsa supposicione, et quod
dicere celum esse et non moveri est dicere contradictoria. ¶
xiiii quod infinite precesserunt revoluciones quas
non fuit impossibile comprehendi a prima causa sed 14
ab intellectu creato. ¶ xv quod elementa sunt eterna,
sunt tamen facta de novo in disposicione quam modo habent.
¶ xvi quod quamvis generacio hominum possit deficere vo- 16
luntate prima, tamen non deficiet, quia orbis primus non
tantum movet ad generacionem elementorum sed et hominum. ¶ xvii 17
quod si celum staret, ignis in stupam non ageret, quia
nec deus esset. ¶ xviii quod celum nunquam quiescet, 18
quia generacio inferiorum, que est finis motus celi, cessare non
debet. alia racio quia celum suum esse et suam virtutem habet
a motore suo, et hec conservat per suum motum. unde si ces-
saret a motu, cessaret ab esse. ¶ xix quod eviternum 19
et tempus nichil sunt in re sed solum in apprehensione

quorum nichil est pertranseundum, tamen possibile est
infinita esse pertransita

20 ¶ xx. quod si generaretur mundus secundum totum, poneretur
vacuum, quia locus necessario precedit generatum in lo-
co, et tunc ante mundi generationem fuisset locus
21 sine locato, quod est vacuum. ¶ xxi. quod etiam prima
generatione sit facta ex illo chaos, sed sic eterna ¶
22. xxii. quod universum non potest deficere, quia primum agens
habet transmutare eternaliter vicissim, nunc ad istam
formam, nunc ad illam, et similiter materia nata est
23 transmutari. ¶ xxiii. quod tempus est infinitum quan-
tum ad utrumque extremum. Licet enim impossibile
sit infinita esse pertransita, quorum aliquod fuit per-
transeundum. ¶ xxiiii. quod naturalis philosophus simpliciter
24 debet negare mundi novitatem, quia innititur cau-
sis et rationibus naturalibus. Fidelis autem potest negare
mundi eternitatem, quia innititur causis supernaturalibus.
25 ¶ xxv. quod ratio philosophi demonstrans motum celi esse
eternum non est sophistica, et mirum est quod homines profundi
26 hoc non vident. ¶ xxvi. quod creatio non est possibilis,
27 quamvis contrarium sit tenendum secundum fidem. ¶ xxvii.
quod non est verum quod aliquid fiat ex nichilo neque fac-
28. tum sit in prima creatione. ¶ xxviii. quod crea-
tio non debet dici mutatio ad esse. Error si intelli-
gatur de omni modo mutationis.

xii. cap. de celo et stellis

1 Primus quod corpora supercelestia
moventur a principio intrinseco quod est anima,
et quod moventur per animam et per virtutem appetitivam
sicut aliud. Sicut enim animal appetens movetur, sic
2 et celum. ¶ Secundus quod corpora celestia esse habent
eternitate sue substancie, sed non eternitate sui mo-
3 tus. ¶ Tercius quod anima celi est intelligencia, et
orbes celestes non sunt instrumenta intelligencia-
rum, sed organa, sicut auris et oculus est organum
4 virtutis sensitive. ¶ Quartus quod si in aliquo hu-
more virtute stellarum deveniretur ad talem proporti-
onem cuiusmodi proportio est in seminibus parentum,
ex illo humore posset generari homo, et quod homo
sufficienter posset generari ex putrefactione. ¶
5 Quintus quod omnium formarum causa effectiva est
6 orbis. ¶ Sextus quod natura que est principium
motus in corporibus celestibus est intelligencia mo-
vens. Error si intelligatur de natura intrinseca que
est actus vel forma.

xiii. cap. de natura generabilium et corruptibilium

1 Primus quod forme non
recipiunt divisionem nisi per accidens divisio-
nem materie. Error nisi intelligatur de formis
2 eductis de potentia materie. ¶ Secundus quod forma
materialis non potest creari. ¶ Tercius quod materi-
3 a exterior obedit substancie spirituali. Error si intelli-
gatur simpliciter secundum omnem modum transmuta-
cionis. ¶ Quartus quod individua eiusdem speci- 4
ei, ut Sortes et Plato, differunt sola positione
materie, et quod forma humana existens eadem nu-
mero in utroque non est mirum, sicut idem numero est in diver-
sis locis. ¶ Quintus quod possibile est quod naturaliter fi- 5
at ignis et diluvium universale.

xiiii. cap. de necessitate eventuum

Primus quod nichil fit a casu, 1
sed ex necessitate eveniunt, et omnia futura
que erunt necessitate erunt, et que non erunt
impossibile est esse, et quod nichil evenit continge-
nter considerando omnes causas. Error, quia concursus
causarum est de diffinicione casualis, libro de consolaci-
one. ¶ Secundus quod ex diversitate locorum acqui- 2
runtur necessitates eventuum. ¶ Tercius quod ex di-
versis signis celi signantur diverse condiciones 3
in hominibus, tam bonorum spiritualium quam rerum temporalium.
¶ Quartus quod quibusdam signis sciuntur hominum 4
intenciones et mutaciones intencionum, et utrum
intenciones ille perficiende sint, et quod per tales fi-
guras sciuntur eventus peregrinorum, captivacio
hominum, solucio captivorum, et utrum futuri sint sci-
entes vel latrones. ¶ Quintus qui dicit quod dis- 5
positio universi procedit ex providencia divina non
immediate sed mediante motu superiorum, et quod
istud fatum non imponit necessitatem inferio-
ribus, que habent contrarietatem, sed superioribus. ¶ Sextus 6
quod sanitatem, infirmitatem, vitam et mortem attri-
buit positioni siderum et aspectui fortune, dicens
quod si eum aspexerit fortuna, vivet, si non aspex-
it, morietur. ¶ Septimus quod in hora generacionis 7
hominis in corpore suo, et per consequens in anima, que sequitur
corpus, ex ordine causarum superiorum et inferiorum in-
est homini dispositio inclinans in tales actiones et
eventus. Error, nisi intelligatur de eventibus
naturalibus et per viam dispositionis.

xv. cap. de accidente

Primus quod cum deus non operetur 1
per adiunctionem cause materialis
vel formalis, non faciat accidens esse sine subiecto, de
cuius ratione est actu inesse subiecto. ¶ Secundus quod
accidens existens sine subiecto non est accidens nisi 2
equivoce, et quod impossibile est quantitatem sive
dimensionem esse per se; hoc enim esset ipsam esse
substanciam. ¶ Tercius quod facere accidens esse sine sub-
iecto habet rationem impossibilis implicantis contradictionem. 3

xvi. cap. de sciencia vel philosophia

Primus quod omnes 1
sciencie sunt preter necessarie preter philosophicas disciplinas,
et quod non sunt necessarie nisi in consuetudine hominum

2 ¶ Secundus quod nulla questio disputabilis est per rationem quam
philosophus non debeat disputare et determinare
quia rationes accipiuntur a rebus. philosophia autem habet om-
3 nes res considerare secundum diversas sui partes. ¶ Ter-
tius quod possibile vel impossibile simpliciter id est
omnibus modis est possibile vel impossibile secundum philosophiam
4 ¶ Quartus quod sapientes mundi sunt philosophi tantum
5 ¶ Quintus quod non est excellentior status quam
vacare philosophie. xvii. capitulum de sacra scriptura
1 Primus quod non debet homo esse contentus
auctoritate ad habendam certitudinem alicuius questionis
2 ¶ Secundus ad hoc quod homo habeat certitudinem conclu-
sionis oportet quod sit fundatus super principia
per se nota. error quia generaliter tam de certitudine
3 apprehensionis quam adhesionis loquitur ¶ Tertius
quod sermones theologi fundati sunt in fabulis ¶
4 Quartus quod nichil plus scitur propter scire theologiam
5 ¶ Quintus quod fabule et falsa sunt in lege christiana
6 sicut et in aliis ¶ Sextus quod lex christiana
7 impedit addiscere ¶ Septimus quod lex naturalis pro-
hibet interfectionem animalium irrationabilium
licet rationabilium licet non tantum. xviii. capitulum de raptu
1 ¶ Quod raptus et visiones non fiunt nisi
secundum naturam. xix. capitulum de fide et sacramentis
1 Primus quod non credendum est de fide si di-
catur aliquid esse hereticum quod est contra fidem ¶
2 Secundus quod nichil est credendum nisi quod est per se no-
3 tum vel ex per se notis possit declarari ¶ Tertius
4 quod non est curandum de sepultura ¶ Quartus quod
5 non est confitendum nisi ad apparentiam ¶ Quintus
quod non est orandum. xx. capitulum de viciis et virtu-
1 Primus quod peccatum contra naturam ut tibus.
pote abusus in coitu licet sit contra naturam
2 speciei non tamen contra naturam individui ¶ Secundus quod
simplex fornicatio ut pote soluti cum soluta
3 non est peccatum ¶ Tertius quod dignitatis esset in
causis superioribus posse facere peccata et mon-
4 stra preter intentionem cum natura hoc possit ¶ Quartus
quod delectatio in actibus veneris non impedit
5 actum sive usum intellectus ¶ Quintus quod continen-
6 tia non est essentialiter virtus ¶ Sextus quod perfecta ab-
stinentia ab actu carnis corrumpit virtutem et
7 speciem ¶ Septimus quod pauper bonis fortune
8 non potest bene agere in moralibus ¶ Octavus quod
humilitas prout quis non ostentat ea que habet
sed vilipendit et humiliat se non est virtus. er-
ror si intelligatur virtus nec actus virtu-
9 tis ¶ Nonus quod non sunt possibiles alie

virtutes nisi acquisite vel innate ¶ Xus quod castitas 10
non est maius bonum quam perfecta abstinentia ¶ XIus quod 11
finis terribilium est mors. error si excludat terrorem
inferni qui est extremus. xxi. capitulum de resurrectione
Primus quod non contingit corpus corruptum 1
redire idem numero nec idem numero resurget ¶ 2
Secundus quod resurrectio futura non debet concedi a philosopho quia
impossibile est investigari per rationem. error est quia etiam
philosophus debet captivare intellectum in obsequium fidei
Primus xxii. capitulum de felicitate sive beatitudine 1
quod felicitas non potest a deo immitti imme-
diate ¶ Secundus quod dicere deum dare felicitatem uni 2
et non alii est sine ratione et figmentum ¶ Tertius quod 3
homo ordinatus quantum ad intellectum et affectum sicut potest esse
sufficienter per virtutes intellectuales et morales
de quibus loquitur philosophus in ethicis sufficienter dispositus est
ad felicitatem eternam ¶ Quartus quod felicitas habetur 4
in hac vita et non in alia ¶ Quintus quod homo post 5
mortem amittit omne bonum ¶ Sextus quod omne 6
bonum quod homini possibile est consistit in virtutibus in-
tellectualibus. Incipit tractatus de oculo pul-
cherrimus

Si diligenter in lege domini volverimus
meditari facillime deprehendimus ea que
ad oculum sive ad visionem pertinent perfectis frequen-
tius in sacris eloquiis recitari ¶ Ex quo probatur
considerationem de oculo vel de hiis que ad ipsum pertinent
esse utilem ad habendam divine sapientie notitiam
pleniorem ¶ Dicturus igitur pauca de oculo prout
continet animarum salutem et edificationem ¶ Primo de
ipso naturali ¶ Secundo post hec morali. brevem
volo sermonem facere prout ille qui finxit oculum
cuius oculi respiciunt in pauperem sermonis mei
decurrentem oculum dignabitur illustrare ¶ Dividetur
autem opusculum in capitulorum quindenarium numer-
um est distinctum ¶ Primum capitulum tractat de
numero partium oculum componentium ¶ Secundum de partium or-
dine in oculi compositione ¶ Tertium de visionis medio
¶ Quartum de visionis modo ¶ Quintum de visionis
completivo organo ¶ Sextum de xii. mirabilibus
circa oculi visionem moralem continentibus in-
formationem ¶ Septimum de instructione morali
secundum xii. proprietates repertas in oculo corporali ¶
Octavum de vii. differentiis oculorum iuxta septem
capitalium viciorum ¶ Nonum de sumptuosi-
tate oculi super ceteras partes corporis huma-
ni ¶ Decimum de corporalium oculorum carentia
equanimiter sustinenda ¶ Undecimum de informa-

cione scolarium de 13 condicionibus que requiruntur ad visionem ¶ Duodecimum de institucione prelatorum ex proprietatibus oculorum ¶ Tercium decimum de quatuor rebus quas spirituales debent iugiter meditari ¶ Quartumdecimum de rebus visionem oculi dilatantibus ¶ Quintumdecimum de oculo septempliciter in viciis diviso. Pars prima de oculo secundum naturalem

Sciendum quod sicut potest colligi ex scientia Constantini in libro quem fecit de oculo vel ex libris Alacen in primo libro sue perspective ¶ Oculus tres habet tunicas in sui composicione ¶ Quarum dicitur uvea que est sicut uva ¶ Secunda cornea que sicut cornu est clara et lucida ¶ Tercia vero scirotica sive consolidativa eo quod est solida sive dura ¶ Habet oculus et tres humores ¶ Primus vitreus nomen accepit quia vitri liquati similitudinem gerit ¶ Secundus glacialis sive cristallinus dicitur quia cristallum sive glaciem imitatur ¶ Tercius vocatur albugineus quia est albugini ovi simillimus ¶ Habet insuper oculus unam telam subtilem et puram cum humoribus qui tacti sunt continuam que tele aranee assimilatur propter quod et tela aranea nuncupatur ¶ Habet postremo oculus palpebras quibus velatur et a nocumentis exterioribus preservatur ¶ Humor autem cristallinus qui inter tres humores medio collocatur pupilla vocatur et causa in ea est virtus visiva sicut in subiecto licet non primo ¶ Quoniam nervus communis est organum radicale eius in medio cerebri ubi se mutuo secant duo nervi visibiles ab oculis venientes et in illo nervo communi virtus visiva singulariter iudicatur et inde in utriusque oculi pupillam diriuatur ¶ Hinc apparet qua eleganti similitudine usus sit David qui dixit Custodi me domine ut pupillam oculi. Nam ut iam dictum est pupilla humor cristallinus seu glacialis dicitur qui in duobus humoribus velut in una tela vel tribus tunicis et similiter palpebris continetur ¶ Sicut omnium continuam influenciam spirituum et virtutem capiens a formali plenitudine virtutis visive existentis ut tactum est in nervorum cruce ac intersectione ¶ Ex quo manifeste ostenditur quod vii ad pupille custodiam requiruntur. Quodam consimili modo spiritualis pupille id est anime custodia septem nobis sunt necessaria scilicet virtutes principales tres theologice et quatuor cardinales ¶ Insuper est additur continua influencia carismatum manans a plenitudine

divine crucifixi. Per hoc enim nostra pupilla spiritualis habet a deo custodiri. Ideo David sapientissimus apte dicit Custodi me domine etc. ¶ Eadem similitudine usus fuit sanctus Moyses edoctus ab eodem spiritu cum dixit Deut. xxxii. Circumduxit eum et custodivit quasi pupillam oculi. ¶ Inde enim quod nostra tota custodia vallatur oculi spiritualis informatur ad sollicitam custodiam anime oculorum ne si negligentes fuerimus tandem dicamus Dereliquit me virtus mea et lumen oculorum meorum non est mecum. ¶ Vere enim spiritualis pupilla id est anima a septem virtutibus tamquam a septem pupille custodibus ut dictum est habeat custodiri. Non est mirum si ille qui virtutes suas derelinquit lumen oculorum amisit. ¶ Et ideo est quod dominus legem suam volens districtissime custodiri ut potest quam mandata sua nimis custodiri precepit significanter legis sue custodiam pupille comparavit Prov. vii. Serva legem meam quasi pupillam oculi tui ¶ Hoc autem inspectis tunicis oculorum considerandum est quod cum tunice ad pupille custodiam concurrentes sint in mollicie et duricia differentes mollior tamen tunica est proximior durior vero ab eadem remocior ¶ Unde oculi scilicet prelati maiores spirituales possunt informari ut sic misericordie lenitatem exhibeant ut censuram iusticie non obmittant. Nam ut dicit Gregorius ¶ Iusticia sine misericordia in crudelitatem destituitur si qua una sine altera teneatur. Sint tamen ad misericordiam proniores ut sit eis misericordia vicinior quam accedat iusticia cuius rei exemplum accipiat in Helya. Reg. i. quidam oculus extitit domus Israel qui respiciens sicut providit. Qui enim modo dicitur propheta olim dicebatur videns ut dicitur i Reg. ix. ¶ Hic autem oculus rectissime fuit compositus fuit enim ad misericordiam magis quam ad iusticiam pronus et sic misericordiam habuit quod alteram observavit. De ipso quippe dicitur iiii Reg. ii. Pater mi pater mi currus Israel et auriga eius et congrue primo currus postea auriga dictus est ¶ Debet enim prelatus principaliter esse currus infirmorum per misericordiam supportando secundario debet esse auriga per severitatem iusticie discolos stimulando.

¶ Huic ordine similiter et exemplo suo prelatos ad huius observacionem informavit Samaritanus qui et custos interpretatur per quem significantur prelati. Infudit enim oleum et vinum in vulneribus sauciati. Ideo ordine congruo primo oleum quo designatur lenitas misericordie deinde vinum quo severitas discipline ¶ Audiant ergo et attendant

prelati qui priores sunt ad seueritatem quam ad pietatem
et sapientissimus super hoc dicat helyandrius pre-
lati magis et principes sint medici conpedici numquam
uti debent grauibus remediis nisi cum leuium bene-
ficio desiderata sanitas non reparatur. unde lucanus
prelatum seu principem lenem moribus esse opor-
tet. et qui moderancia contraria loquatur et vi-
cem gerat medicorum qui morbos curant nec
exinanicione in repletis nec replecione inani-
tis et dolorem secant nunc cauterio nunc fo-
mentis. Si enim cytharedi aliique tybicines
multa diligencia pauant quomodo oberran-
tes corde compescant vicium et aliis concordem
reddant. quanta sollicitudine oportet prelatum
et principem moderari ut subditos qui unanimes
et unius moris habitantes in domo reddat
Certum est autem quod tucius est corde remitti am-
plius quam intendi. Remissa namque in tenacio
artificis opera conualescit. que autem semel rup-
ta est nullo artificio reparatur. Vnde sit piger ad
penas princeps ad premia uelox. Et doleat quo-
ciens cogitur esse ferox. quorum alterum iusticie
est alterum pietatis. unde salomon in prouerbiis miseri-
cordia et veritas non te deserant. circumda eas gut-
turi tuo et describe in tabulis cordis tui et inue-
nies graciam bonam coram deo et hominibus disciplinam
Autem sine premia omnibus est odibilis qui sunt
per omnia est contemptibilis. Vnde etiam claudianus
sis pius in primis nam cum uincamur in omnibus
sola deos equat clemencia nobis. set et
quid liceat et quid fecisse licebit occurrat in
mentem domet respectus honesti. Dicit enim chri-
sostomus super ... Si erramus modicam penam impo-
nentes. melius est pro misericordia dare racionem
quam pro crudelitate succumbere punicioni. si ta-
les essent moderni prelati tunc essent similes
oculo corporali et tunc subditi sui amarent
ut oculi. Et ideo paulus qui erga subditos
mitissimus extitit. unum ut dicet ii ad cor.
xi. quis infirmatur et ego non infirmor.
ad gal. iiii. filioli mei quos iterum parturio.
ad phil. i. Testis enim michi deus est quomodo
cupiam vos omnes in visceribus iesu christi. Sed cir-
ca subditos plus quam oculos amabat. Dicit
enim ad gal. iiii. Sicut angelum dei excepis-
tis me. Testimonium enim perhibeo vobis quia si
fieri potuisset oculos vestros eruissetis et dedisse-
tis michi. sed hodie pro duricia prelatorum sepe
contingit contrarium. vellent enim subditi medium o-
culos eruisse prelati

de triplici oculorum visione

Doctores speculatiue distinguunt
triplicem oculi visionem. Prima est per
lineas rectas. Secunda per lineas fractas. Ter-
cia per reflexas. Quarum prima perfectior est aliis du-
abus. Secunda certior quam tercia. Tercia minus cer-
ta. Oportet consimili spirituali loquendo possi-
mus in homine triplicem visionem designare. vna perfec-
tam que est in statu glorie post resurrectionem
ultimam. Alia est in anima separata a corpore uel
quia ad formacionem in celo empyreo diuinam es-
senciam contemplante et hec visione debilior est
quam prima. Tercia uero est in hac uita que omnium est
debilissima et hec habet fieri per reflexionem
sic et visio qua aliquid uidetur in speculo habet fie-
ri mediantibus reflexis lineis et ab apostolo vocatur
visio specularia. unde videmus nunc per speculum
in enigmate. sed in gloria facie ad faciem. set post
visionem secundum plena rectitudine. Nunc autem
in anima secundum obliquacionem ab illa rectitudine eo
quod non implebit anima per visionis rectitudinem
uel plenitudinem ante quam suo corpori sit unita
Nam ut ait augustinus animabus iam in celo beati-
tudinem videntibus inest quidam naturalis appe-
titus ad uiuificandum corpus quo retardantur
ne totaliter ferantur in deum. Ex quo patet
quam conuenienter locutus sit sapientissimus per-
fectus paulus quando visionem patrie faciem
visionem uero vie specularem et expresse uoca-
uit. i. ad cor. xiii. Videmus nunc per speculum et
sicut cognosco expresse. Et sicut aliquis amicus
suum dilectissimum ex multo tempore uidere desider-
ans non quiret eum sed ipsum tantum uidet
in speculo multum et ipsum respicit in se ipso
sicut in presenti uidemus deum per speculum etc. i.
Non satiatur oculus uisu. Sed in futuro cum
ipsum directa uel faciali uisione uidebimus
implebimur. ps. Satiabor cum apparuerit gloria
tua. Et sic apostoli granum est visio dei sic
globi sunt infatigabili delectabunt in bono
optimo quod tenebimus quod gaudio inexpli-
cabili exultemus. unde ys. Leuate uocem simul
laudate quia oculo ad oculum uidebimus.

visus quid exigit

Sicut probat ptholomeus in
libro de aspectibus ad uisionem exigitur ut
fiat maius suscipiendo visibilis similitudinem
sed etiam extra mittendo uel cooperando speciem spe-

acem et virtute. ¶ Eodem modo spiritualis visio non solum requirit ut anima recipiat ab extra [illegible] virtute et gratiam sed ut cooperetur per virtute propriam. Nam ad iustificacionem impii motus liberi arbitrii et consensus [illegible] dicitur. Vnde aug. Qui creavit te sine te non iustificabit te. In huius rei iustificacionem cum angelus loadicie quod spiritualiter esset cecus ut dicitur apoc. iii. Tu dicis quod diues sum et nullius egeo et nescis quod miser es et pauper et cecus et nudus dixit ei celestis medicus Collirio unge oculos tuos ut videas. Per collirium quod purificat oculos significatur contricio et dolor de peccatis et conatus proprius in exacione bonorum operum quibus homo cooperatur ut visum recipiat spiritualium oculorum. Vnde dicit glo. super predictum locum. Collirio oculos inunguimus ut videamus et ad cognoscendam veri luminis claritatem intellectus nostre aciei medicamina bone operacionis adiuuamus. In signum huius rei scilicet ut cooperari debeamus ut spiritualiter videamus voluit dominus ut paulus prius quam excecatus visum reciperet oraret et triduo ieiunaret ut dicitur actuum ix. ¶ Item hoc designatur in hoc quod thobias felle piscis oculos patris sui liniuit statimque visum recepit Thob. xi. In felle quod est amarum significatur amaritudo et dolor de peccatis et indignacio contra peccatum. Ita fel commouet iras. Aliud autem ex parte hominis requiritur ut visus melior restauretur. De oculo in visione

Sicut in sciencia perspectiua docetur visio modis non completur. Nam eiusdem rei due diuerse species adueniunt oculum et cum diuersitas speciei diuersificet iudicium si visio completur in oculis per comprehensionem speciei gemine una res iudicabitur esse due. ¶ Oportet igitur ut ponatur aliquis sentiens post oculos in quo visio compleatur cuius instrumenta sunt oculi qui reddunt ei speciem visibilis rei et hic est neruus visiuus in superficie cerebri vbi concurrunt duo nerui a duabus partibus anterioribus cerebri qui post concursum in duo diuiduntur. iterum sic et ad oculum extenduntur. In illo igitur neruo virtus visiua fontalis iudicatur. et quod virtus fontalis est vna ad quam terminantur virtutes oculorum ideo pro una res apparet vna quamuis a duobus oculis videatur. ¶ In hoc autem quod visio exterius in oculis apparentibus non completur sed in neruo [illegible] qui intimus oculatur spiritualiter informamur ut iudicium temerarium declinemus non de rebus ut apparent prima facie iudicemus sed per deliberacionem ad intimum iudicii non recurramus. Vnde et de angelo magni consilii cuius sanctorum gre. Omnis actio est nostra instructio dicitur ys. xi. Non secundum visionem oculorum iudicabit. Non enim ut dicit seneca. quod ante oculos est sufficit intueri. Vnde sepe multa sordent in exterioribus oculis que tamen munda sunt si considerentur interno iudicio hominis. quod euidenter apparet de iudicio lepre. Leuit. xxxiii. Si autem efferbuerit discurrens lepra in cute et apparuerit omnem carnem a capite usque ad pedes et quicquid sub aspectu oculorum cadit considerabit eam sacerdos et teneri a lepra mundissima iudicabit.

De oculi caligine

Conscribit in sciencia perspectiua et hoc docet experiencia quod oculus in aere caliginoso locatus non videt nec percipit vapores et nebula circumspiciens. Cum autem recesserit exierit huiusmodi aerem vaporosum. si retrospiciat videt ipsum quem prius in ipso positus non videbat. ¶ Per hunc modum et peccator qui diu est in peccato peccati sui tenebras non aduertit et extra peccatum positus et luce diuine gracie illustratus tunc primo peccati magnitudinem et caliginem in qua fuit recognoscit. ¶ Exemplum de symea que diu iuxta truncum iacet non percipit molem trunci donec ab eo cepit elongari. Vnde et dauid postquam a peccato cum bersabee perpetrato se per penitenciam elongauit peccatum suum cognouit et dixit Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. ¶ Huius rei figura dicitur Exo. xi. Leuantes filii israel oculos viderunt egyptios post se. Egyptus autem interpretatur tenebre et peccatum significat quod et homo tunc primo cognoscit cum a peccato recedit. vnde dicit aug. de similibus Consuetudo viciorum est ut non sinat male cognosci ab eo qui illo premitur sed mox ut cessauit ab illo tunc demum considerat in quanta miseria et feditate iacuerat.

De digito ante oculos

Expertum est in perspectiua sciencia quod oculum si quis oculo digitum super ponat et alium de subito pellat eum per motum suum in oculo vnum videbit esse duo. ¶ Sic contingit in eodem planis modo quibus qui dum propinquacionem mali consiliarii directitudine repellunt iudicii iudicant aliquem dignum beneficio duplici quem tamen vnum eo contentum debent sentire si in iudicio non errant. hoc autem plerumque contingit per malum consiliarium qui racione discrecionis qua pollere videtur merito per digitum designatur. ¶ Oculus enim

De oculi caligine

De digito ante oculum

consiliarius suis perversis exhortacionibus quibus-
dam in persuasionibus sepe precipitat in aliquem
errorem dum ex tortis auctoritatibus et tirannorum
exemplis persuadet quod prelato sine principi cunc-
ta liceant. ¶ Exemplificat. Unus tirannus
commendaciam aut familiarem suum unicuique in ecclesiis
sine electione intruserit. Alius impunitas col-
lectas indixit. Alius tandem in subditos libitum
voluntatis exercuerit et libito licitum adequarit.
Alius clericum possiderit. Alius episcopus silencium
indixerit. Sic volo, sic iubeo, sit pro racione vo-
luntas. Et sic malus consiliarius reges perver-
tit et principes. Sic interdum et ipsos pontifices
Nota et cetus ecclesie presidentes. ¶ Si enim prelatus de
alicuius indigni promocione rogatus de facto op-
posuerit obiectione rite promoveri non debere, malicio-
sus assistens consiliarius quicquid oppositum fuerit
concurrentibus exemplis et patrum sermonibus
annichilabit. ¶ Si enim obiectum fuerit ignobilis
est, respondebit: Sed nec Petrus vertex ecclesie
gloriabatur alicubi de sanguinis nobilitate. ¶ Si di-
catur quod iuvenis est, Ieremiam in prophetam dominum pu-
erum fuisse videbit. Et iterum seniores iudi-
ces condempnandos a Daniele puero allegabit.
Illiteratus est, nec scolas apostoli leguntur frequen-
tasse. Elinguis est, sed Aaron ut legitur in Exo-
do vice Moysi impediacioris lingwe functus est
sacerdocio. Luxuriosus est et lupanaria frequentat.
Sed et Osee meretricem sibi mandante domino co-
pulavit. Insipiens est, sed et per insipienciam mundi
decrevit deus salvare credentes. Pugnator est
et arma portat. Sed et Petrus servi pontificis
auriculam amputavit. Vinolentus est et gu-
le deditus. Sed et ipse dominus potator vini et
carnium vorator legitur esse dictus. Non est autem
servus maior domino suo. Non acquiescit maiori-
bus nec vult eis in aliquo obedire. Sed et Paulus
legitur Petro apostolorum principi in faciem restitisse.
Contenciosus est et pacis turbator. Sed et inter
discipulos Christi facta est contencio quis eorum vide-
retur esse maior. Miliciam armatam exercuit.
Sed et Martinus aliquando Iuliano militavit. Ho-
micida est. Sed et Moyses interfecit Egypcium.
Perfidus est et sepius periuravit. Sed et Petrus
perfidiam periurio cumulavit. Superbus et va-
nus est. Sed talis fuit Brianus heresim quamque do-
cuit. Sed et Augustinus se fuisse manicheum asse-
ruit. ¶ Postremo si prelatus obiecerit quod

ad omnia perplus ineptus sit. Ad hec malus
consiliarius respondebit. Sed et Sampson Philis-
teos cum mandibula asini expugnavit. Et
potest adhuc deus sicut in illo tempore de lapidi-
bus filios Abrahe suscitare. ¶ Vides igitur
quam potens sit hic digitus sive malus consiliarius
ut suis persuasionibus speculatoris id est prelati ocu-
los errare faciat in videndo et eius iudicium
pervertendo. Et hic quidem tanto efficacior invenitur
quanto dilectior iudicatur, ut de ipso dicatur digi-
tus dei est hic. Talis fuit Achitofel perversissimus erat
consiliarius Absolonis, de quo dicitur Reg. ii. Consi-
lium Achytophel quod dabat in diebus illis quasi si
quis consuleret deum. Quid est hic aliud dicere
quam digitus dei est hic. Pro quo dicitur Eccl. xxxvii.
A consiliario malo serva animam tuam. Et David
oravit: Domine libera animam meam a labiis iniquis
etc. Hoc et prelatus debet orare et a domino pos-
tulare. ¶ Non solum autem per malum consiliarium
decipitur predicto modo cecus oculus id est talis pre-
latus, sed eciam accepcione munerum que alio-
quo suo quodammodo ioinis appellant oculum. Unde
et eum qui iam recepit munus vulgariter
convenimus dicere perversum. Et id pervertere iudicium
ipsi sunt digiti de quibus dicitur ys. xxix. Digiti
vestri pleni sunt iniquitate. Et ideo non est mirum
si iocunis oculum ab equo faciant declinare iudi-
cio. ¶ Tria namque precipue solent pervertere
iudicium sapientis sive cernendi facultas: amor,
munerum et accepcio personarum. Ideo dicitur Deut.
xvi. Munera excecant oculos sapientum et
de filiis Samuel dicitur: Acceperunt munera et
perverterunt iudicium. Et poeta: Quum et a forma
distorquet recti acumen iudicis et recte in-
voluit caligine mentem. Ideo dolendum est quod
si contingat quod deus avertat quod prelati qui
sunt iudices seculi ut vera mundi lumina di-
ligant munera, sequuntur retribuciones, si obiec-
tos conciant, si ut repleant suos exina-
niant alienos, ut dici possit: Iniquorum ma-
nibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta
est muneribus. ¶ Excuciant igitur prelati ecclesie
manus suas ab omni munere si volunt in iudi-
cio non errare. Exemplo Eugenii qui nullum
omnino munus accepit ab homine liti-
gante aut ab eo cui litem credebat immi-
nere. Unde et quendam priori qui modice facul-
tatis erat cuius causam non dum audierat et sibi

marcam auri devotissime offerebat, non sine
insigni indignatione fertur dixisse: Non dum
ingressus es domum et iam corrumpere nos co-
naris. ¶ Gaufridus etiam carnotensis lega-
tione fungens in aquitania nulla recipiebat
munera sed contempsit ut scoria. ¶ Piscem quoque
sturionem a quodam clerico accipere tan-
dem assensit, post tamen pretium remuneravit.
¶ Sic si facerent modo prelati, tunc diligen-
tius ut prius timerentur ut domini, colerentur ut
sancti. Si exactionibus parcerent, munera non ama-
rent, nec omnem questum pietatem putarent.
Sed hodie in domibus multorum prelatorum et principum
omnia sunt venalia, regnante ibidem avaricia.
Nam cum semel obtinuit victoriam mater in aula
pestis avaricie que sola interfecerat omnes
virtutum species, spreto modestie iure currit
infrenata nec leges curia curat. ¶ Unde licet
venias musis comitatus homere, si nichil
attuleris ibis homere foras. ¶ In multis si-
quidem curiis invenies ianitores Cerbero
duriores. Sed apud inferos unus esse dicitur Cer-
berus, hic autem tot sunt cerberi et hostiarii to-
ta familia aut mordentem invenies aut la-
trantem. Et sic dicitur Mich. iii. Si quis non de-
derit in ore eorum quippiam, sanctificabunt super eum
prelium. Sed audito nummo quasi iussu principis sum-
mo dissiliunt valve, nichil auditur nisi sal-
ve. ¶ Legitur de beato Anselmo in eius vita
quod ab omni munere manus suas excuciens ac-
ceptores munerum ut detestabiles fugiebat.
Quibus causam sepe dicebat quod prendere et
pendere non differunt nisi tantum in una lit-
tera. Unde patet quod qui munera libenter accipiunt vel
de proximi sunt suspendio nisi ea accipiunt bono
modo. Super omnia ergo quisque cavere debet ut
iniquorum munera non accipiat, ne aut iniustus
si eos non foverit aut si foverit iniustus ha-
beatur. **Quod vilius reputat omnium duo.**

Apud perspectivos expertum est quod si quis de
nocte virgam vel digitum vel quamcumque
rem aliam que umbram facit elevet inter
oculos et candelam, si tunc candelam recte
aspiciat videbitur ei de uno digito quod sint duo.
Et nisi advertendum est diligenter quod si claudatur
oculus dexter, disparebit ymago sinistra, et econ-
verso. Super quo plurimum admiratus est Augustinus viii de
xi. li. de T. Ratio longa est causam huius appa-
rentie declarare et vere longum est homini scilicet
perspectivam nescienti. Modo consimili si peccator exi-
stens in nocte peccati peccatum suum consideracionis ante
ponit oculis et lucernam aspiciat, de qua dicitur de-
ps.: Lucerna pedibus meis verbum tuum, videbit
peccatum singula quoad pene correspondenciam
quasi modo duplicatum dum poterit adhuc lucem
attendere. Peccato unico se duplicem incurrit
penam, scilicet amissionem celestis patrie et reatum supplicii
sempiterni. Quo bonum operari debeat reatus sup-
plicii tamquam ymago sinistra respondeat. Sinis-
tra autem quo malum intrare debuit velut dex-
tera ymago respondeat celeste beneficium quod a-
misit. ¶ Ad hoc mirabile sed potius miserabile
speculandum monetur peccatrix anima. Jer. ii. Vi-
de quia malum et amarum est reliquisse te dominum.
Deum reliquisse mihi aliud est quam peccasse, quod
licet actu unico committatur, tamen ipsum peccatum ge-
mina pena comitatur. ¶ Est enim malum quo-
ad privationem visionis divine, et amarum propter acerbi-
tatem infernalis pene. **Quod baculus in aqua fractus** Quod baculus in aqua fractus appareat

Experitur indicta sciencia quod ba**culus appareat**
cuius pars est una in aqua et reliqua
supra aquam prominet oculo existenti in aere frac-
tus apparebit. Cuius causa redditur, quod res quanto con-
spicitur propinquior apparet oculo quanto secundum sit
vera distancia sui situs. Et ideo pars baculi exi-
stens in aqua non apparet visui et continuum
et directum partibus alteris, sed ipsi oculo propinquius,
et ideo videtur baculus esse fractus. ¶ Sic contingit
interdum quod aliquis qui secundum veritatem est vir rec-
tus ac timens deum, si fortassis aliquam ob cau-
sam aliquam utatur deliciis huius mundi que munda-
norum oculis sunt propinque, quamvis non totaliter im-
mergat se fluxui deliciarum huiusmodi sed solum
ex parte, quia fortassis hoc fiat non propter mentis pe-
tulanciam sed propter corporis recreationem necessariam,
inclusionis scandalizat plures hoc videntes, et
a vulgo iudicatur esse spiritualiter fractus et a morum
rectitudine obliquasse. Et de hoc possimus illud
i. Reg. xviii. quod Saul de David legitur dixisse:
Dabo ei Michol ut fiat ei in scandalum.
Michol interpretatur aqua omnis et fluxum signi-
ficat carnalium deliciarum, quibus si quispiam vir
perfectus pro causa fragilitatis per amorem se copulet
in scandalum vertitur plurimorum. Et ideo viris perfec-
tis diligenter ab huiusmodi dissolucionibus propter
scandalum est cavendum. Quod attendens apostolus.

Cum ad imitationem suam ceteros hortabatur dicens
i. ad Cor. viii. Videte autem ne forte licen
tia vestra comedendi carnes ydolis immolatas
offendiculum fiat infirmis. Si enim quis vi
derit eum qui habet scientiam in ydolio recumben
tem nonne conscientia eius cum sit infirma edifica
bitur ad manducandum ydolis tradita et peribit
infirmus in tua scientia frater. Apostolus. Quia propter si esca
scandalizat fratrem meum non manducabo car
nem in eternum ne fratrem meum scandalizem.
No(ta) Sciebat enim apostolus quod facta maiorum faciles tra
No(ta) hunt ad se oculos in exemplum. Superiores nam
que quanto locum tenent inter homines celsiorem
tanto plurimum patent aspectibus. et ideo superi
ori plus studet esse conformis. Unde claudianus
Regis ad exemplum totus componitur orbis. Quia
mobile mutatur semper cum principe vulgus. Ca(pitulum)

q(uod) ea q(ue) s(un)t ma(ior)a maiora vi(dentur)

Probatur in scientia que sunt maiora maiora vi(dentur).
Perspectiva quod ea que videntur maius oculo
intuentis videntur maiora et in tercium aliquid
quod prius oculus videre non poterat possunt ali
que super infusione videri et hoc potest quilibet
sensibiliter experiri. Si enim denarius in scutel
la ponatur sumatur distancia in qua nummus
videtur eodem existente spacio intra videntem
oculum et scutellam denarius videri poterit
si aqua desuper fundatur. Modo consimili videre
possumus quod peccata carnalia que in fluxu deliciarum
carnalium committuntur oculis hominum maiora
videntur. Sunt enim maioris infamie quam
peccata spiritualia tamen minoris culpe et vix
possunt occultari. Et plurimum cum peccato
res carnales inveniunt peccatum suum putant
ab aliis non videri prodit in publicum et
fit manifestum. Unde et david cum peccatum cum
bersabee commissum cunctis credit occulta
tum vicinis est ad eum nathan propheta ut di
citur expresse dicentem. Tu fecisti abscondite ego
autem notum faciam verbis istud in conspectu o
mnis israel. Et hoc est quod comminatur dominus ysa. xlvii.
Revelabitur ignominia tua et videbitur oppro
brium tuum. Et naum iii. Revelabo puden
da tua in facie tua et ostendam gentibus nuditatem tuam.
et regnis ignominiam tuam. Oculus

ocul(us) q(uomodo) vid(e)at i(n) specul(o)

Demonstratum quomodo videat in speculo
est etiam in perspectiva scientia quod oculus de
bilius apprehendit rem quam videt in
speculo quam si eam cerneret aspectu di

recto eo quod forme reflexe debiliores sunt et ideo de
bilius representant. Et hinc est quod homo sue
forme quam pluries vidit in speculo vix et te
nuiter recordatur et melius ymaginatur alteri
us hominis faciem quam aliquociens directe respexit
quam suam quam numquam directe sed in speculo sepe
vidit. Sic et moraliter applicando perfecte in
telligo divinam legem. Nam sicut in facie volun
tas hominis interna perpenditur iuxta illud sapientie
legitur hominis secreta voluntas. Sic et nobis dei vo
luntas in lege divina monstratur. Et sicut facie
testificatur de homine iuxta illud ysa. x. Agnitio vultus eorum respondit
eis vir et abortum faciei sensatus. Sic et scrip
tura sacra testificatur de christo. Unde ipse dominus dicebat
io. v. Scrutamini scripturas. ille sunt que testimo
nium perhibent de me. Hanc faciem divinam id est
scripturam ille directe videt qui eam opere com
plet et hic etiam memoriter tenet. Qui vero
eam solum audit et non perficit quasi in speculo eam
cernit et hic statim eam oblivioni tradit. Et ideo
dicitur Ja. i. Estote factores verbi et non auditores tantum
etc. Et ideo qui vult intueri scripturam perfecte
studeat quod in ea legerit operibus adimplere. Unde
david sapientissimus ostendens quia via ad sapi
enciam pervenit dicit. Super senes intellexi quia
mandata tua quesivi. Et item a mandatis tuis intellexi
glossa. Per obedientiam mandatorum venitur ad sapientiam
oculorum. Primo ergo hic homo exercitari in stu
dio bonitatis quam in studio contemplande verita
tis. Sed enim duo studia sunt coniuncta. et studium
bonitatis debet precedere studium veritatis. Unde
ps. Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me. Et ideo signanter
ter versus Beati immaculati qui ambulant in lege
domini precedit versum. Beati qui scrutantur testimonia eius. Ideo
dicitur Eccli. i. Fili concupiscentes sapientiam conserva
iusticiam et dominus prebebit tibi De speculo in aqua

d(e) specul(o) in aq(ua) posito

Aput perspectivos expertum est posito
quod si oculus in speculo in aqua posito solem
aspiciat apparent oculo duo soles. Ad quod quidem
speculum. quia tres soles videntur oculo unus
scilicet existens in celo et duo procedentes ab ipso id est
due solis ymagines in aqua et speculo appa
rentes et tamen scimus secundum rem et veritatem tantum
unicum esse solem. Modo consimili. Si in aquis
sapientie salutaris oculo fidei solem iusticie con
templari fuerimus apparebit nobis trinus et unus
unde statim in exordio divine sapientie introduci
tur deus dicens. Faciamus hominem ad ymaginem

et similitudinem nostram. Dicens enim faciamus ad nostram pluralitatem ostendit personarum. dicens vero ymaginem unitatem essencie demonstrat. Innumera quoque testimonia habentur in effabilibus unitatis et trinitatis ostendentibus veritatem patere possunt sacras litteras speculanti. Aliud autem in iam dicta similitudine considerare dignum duxi. quod cum in speculo duplex resultet ymago. circa alteram illarum plures perspectorum leguntur errasse. putantes alteram illarum esse solis ymaginem. reliquam vero esse ymaginem alicuius stelle prope solem locate. quod tamen falsum est et erroneum. non est stella que apparet sed est duplex solis ymago que a duplici refertur speculo. Modo consimili. circa etiam in trinitate personarum. scilicet spiritus sancti. quia plures leguntur errasse quantum rei designacione magi dicuntur in tercio signo defecisse Exo. viii.

De oculo existenti in speculo

Probatum est in sua perspectiva quod oculus existens in centro puncto speculi sperici si respiciat speculum. videt se ipsum tantum. unde si totum esset speculum oculus existens in centro si aliquid respiceret solummodo se videret quod sic probatur. Cum enim res extra centrum posita radios habeat superficie speculi cadentes oblique cum equales sint anguli reflexionis et incidencie fit ut radii non in ipsum centrum sed ad partem oppositam reflectantur. Sic et suo modo est videre in deo. Ut enim dicit alanus. Deus est spera intelligibilis cuius centrum est ubique. Est et speculum sine macula. ut dicitur sap. vii. Divinus igitur oculus qui in centro omnium existens presentissimus est cum omni rei intimus in se ipso tamquam in speculo se ipsum tantum intelligit. per se ipsum. alio vero a se non dicitur. in se ipsis cognoscere. ne sicut dicit philosophus eius vilesceret intellectus. Sed ea cognoscit et intelligit in se ipso in quantum est exemplar omnium in sua essencia a ydealem continent similitudinem singulorum.

Qualiter videat oculus in speculo

Oculo respicientis in speculo facies apparent sinistre et altitudines videntur everse. Iudicat enim oculus dum res cernit in speculo quod dextrum est esse sinistrum et quod sinistrum est esse dextrum et quod superius est esse inferius et quod deorsum est esse sursum. Sic et si consideracionis nostre oculus eadem doctrine sane speculum de rebus iudicet ea que videntur esse sinistra id est adversa dicet esse dextra id est prospera et econverso. utilitatis adversitatis et prosperitatis periculum metientes. Eaciam que videntur sursum asseret esse infima et econverso alta. superba esse vilia et humilia esse preciosa. et ideo signanter dicit ys. xliii. Dicam aquiloni id est adversitati. da. et austro id est prosperitati noli prohibere. quia ea que videntur adversa sunt prospera. et dant nobis deum. et que prospera sunt adversa et prohibent nobis a deo. Et ideo legitur gen. xlviii. quod patriarcha Iacob benedicturus filios Ioseph manibus cancellatis sinistram posuit super manassen qui erat in dextra. et dexteram super effraym quem Ioseph locaverat in sinistra. Timeant ergo divites huius mundi. qui gaudent tenere dexteram in presenti. ne sinistram teneant in die iudicii. Et nunc est impletum dictum. Manasses enim qui interpretatur oblivio et significat divites. qui sunt dei immemores. positus est ad sinistram. pauperes autem ponit deus ad dexteram. sed malos divites ad sinistram. unde prov. iii. Longitudo dierum scilicet pauperes qui diu vivunt quasi divites in dextra eius et in sinistra eius divicie et gloria id est divites glorificati in dignitatibus constituti. Hoc idem quod Iacob in cancellacione manuum significavit et angelus in posicione pedum. apoc. x. Vidi angelum descendentem de celo et posuit pedem suum dextrum super mare sinistrum autem super terram. Per mare autem fluctus adversitatum per terram stabilitas prosperitatis designatur. Per pedem dextrum prosperitas per sinistrum adversitas designatur. Ut igitur angelus adversitates stabili prosperitate ostenderet dextrum pedem posuit super mare sinistrum vero super terram ut quod mundus reputat prosperum significaret adversum. Idem nobis in ymagine crucifixi monstratur. Hic enim dexteram manum ad aquilonem per quam adversitas. per austrum vero prosperitas designatur. Unde etiam advertendum est quod ymago beate virginis ad aquilonem sub dextera crucifixi posita est. quia ipsa virgo gloriosa adversitatibus in presenti fuit exposita. unde Symeon dixit ei. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. et cetera. quam deus tamen novissime sicut dilectam et nunc ad dexteram collocatam. Deus enim caros suos in presenti persecutionibus exponit quos tandem in dextera glorie sue collocare disposuit.

Qualiter visus discernat

Probatum est in perspective dicta sua quod rei visibilis fractis radiis certificari non potest quantitas. Potest autem si videat per rectas lineas

ut patet de rebus quas intus videmus macere-
runt in aqua. ¶ Modo consimili peccatum potest
certitudinaliter apprehendi sicut secundum ipse quantitatis
ab eo qui peccatum directe respicit in oculo rationis.
¶ Hoc autem modo doctor aliquis qui mentem in sin-
gulis speculando de peccatis confessionibus agnoscendis
considerat vel inquirit. Et hec quidem notitia pre-
latis est necessaria qui tenentur inter statum dis-
cernendi inter lepram et lepram ut dicitur Levi-
tici xiii. Peccator autem qui peccatum committit ipsam al-
iam non directe sed quasi per fractam lineam respi-
cit seu obliquam. Non enim aspicit ad ipsam pec-
cati deformitatem sine malicia sed potius ad
delectationem annexam, quia secundum Dyonisium nullus
ad malum facit quod facit. Unde et philosophus dicit in
ethicis quod omnis malus ignorans quia scilicet in e-
ligendo errat dum peccat. Proverbiorum xiiii. Errant
qui operantur malum. Et ex hoc plerumque contingit
quod doctor aliquis legens sive determinans de
quantitate alicuius peccati iudicabit rectissime
eo quod tunc respicit ad peccatum directe. Postmodum
ingruente temptatione succumbens errabit iudi-
cio eligendo quod prius reprobaverat in docendo, et
hoc ideo quia pro illo tempore peccatum respicit indirec-
te. ¶ Unde multi theologi in culpa quantitatibus
metiendis directum habent iudicium quod si contra
faciant hoc ideo contingit quia inveniuntur ad op-
andum desides licet sint ad discendum fervientes.
¶ Pulchre semel confutavit parisius quorun- No.
dam theologorum inquietudinem quidam stultus. Fe-
cit enim eis talem questionem: Quero a vobis
omnibus quod horum est melius facere quod homo scit vel ad
discendum quod homo nescit. Tunc illis super mota questi-
one disputantibus et pro et contra argumentanti-
bus, stultus eorum audiens altercationem tacebat ex
proposito ut videret finem. Tandem probatum et con-
clusum est quod melius est facere quod homo iam novit,
quia sicut apostolus dicit Ro. ii. Non auditores
legis tantum sed factores iustificabuntur. Et ysi-
dorus de summo bono dicit: Lector strenuus
potius ad implendum que legit quam ad discendum
sit promptissimus. Minus enim peccatum est nescire
quod appetis quam ea que noveris non adimplere.
Ergo inquit stultus omnes estis dementes qui
tum die ac nocte laboratis ut discatis que nesci-
tis et non curatis opere implere quod scitis. Aliter

Aliter res maior appareat

Probatur in sciencia perspectiva res maior appareat.
Spera quod res visa maior quam sit secundum vi-
tatem appareat oculo existenti in medio rariori.
convexo contingit. Oculo existenti in medio den-
siori. Unde oculo posito in aere rem visam ex-
istentem in aqua maiorem necesse est apparere. Mi-
norem autem oculo in aqua defixo et re visa in
aere collocata. ¶ Modo consimili plerumque con-
tingit quod pauper aliquis existens in medio
paupertatis cum videt aliquem mundanis opulen-
ciis affluentem, ipsum iudicat esse magnum. Pro-
beatum dixerunt populum cui hec sunt. Sed fallitur
in iudicio visus eius. Unde dicit quidam philosophus:
Nemo eorum quos vides natos sublimes facit. Propter hoc
magni sunt. Sed tibi magni videntur quia metiris
eos cum basi sua. Nec enim gigantem nisi
quamvis super montem positum est eo maius. Et Bernardus
ad eugenium: Numquid quia summus pontifex ideo
summus? ¶ E contra qui in transitoriis huius mundi
deliciis est immersus cum videt pauperem a
mundanis deliciis elongatum reputat eum
modicum, cum revera magis sit apud deum
oculum in pauperem respicientem et in iudicio
non errante gloriosus. Unde de Johanne baptista
dicitur: Erit magnus coram domino. In oculis autem
divitum pauperes minimi reputantur ut possint
dicere quod dixerunt exploratores terre. Numeri xiii. Fi-
lios enachim vidimus ibi quibus comparati quasi lo-
custe videbamur. ¶ Cum magistrum Alanum No.
doctorem egregium et adhuc pauperrimum qui-
dam quondam eius discipulus et iam factus episcopus
ad prandium invitasset, cernens eius ino-
piam: Miror inquit magister non modicum
quod scolares vestri iam facti magni viri. Unus
est abbas, alter episcopus, alius archiepiscopus. Et vos
estis in paupertatis vinculo relictus. ¶ Alanus
vero aliter sentiens tamquam habens rectum
iudicium respondit: Nescitis magister quam sit dig-
nitatis perfectissime celsitudo ut vera honoris
magnitudo. Non enim est magnum esse episcopum sed
bonum clericum. Probatio: ad vocem enim Tibaldo No.
in canonicorum electione humana fiet unus episcopus.
Sed si omnes sancti qui sunt in celo et omnes homines in
mundo cum deo concorditer dicerent: Volumus bonus
sit clericus, ipse adhuc in sua insipiencia per-
maneret. ¶ Fertur quod Alanus postmodum ad No.
recisse plo nobis dixit: Episcopus quod pauper est rex et
dominus huius mundi. Nam voluntati divine qui
tuncque potentis mundus per omnia non obedit
dum timet perdere quod habet et vult acquirere.

q̄s nō h̄t. et in hoc mundus eius voluntati
est contrarius q̄ vellet. q̄s h̄t nō posse perdere et
q̄s nō h̄t iam acquisiuisse. Paup̄ aut̄ mun
dum voluntati sue obnoxium nichil curat.
Cum enim contempnat diuicias nichil optat acquire
re et cum nichil habeat nichil timet perdere.
Et verum est q̄d fortunatus ait. paup̄ in ani
muso regnat habendo nichil. Et Seneca lo
quens de dyogene diuiciarum maximo contemp
tore cum alexandro regi sibi offerenti mu
nera respondit. Tolle inquit nō sunt hec mu
nera hominis sed onera iumentorum. De hoc inquit
dyogene pulchre ait Seneca. potencior erat
dyogenes alexandro macedone omnia pos
sidenti. plus enim erat quod ille nollet accipe
Nota re quam quod ille posset dare. Refert consabulus q̄
cum quidam philosophus diu fuisset ab ingressu curie
regis repulsus. tandem forte cogitans illud
poetam Curia pauperibus clausa est dat cen
sus honores. ornatus preciosis vestibus intro
ssus est. Ingressus aut̄ coram rege cepit vestem
venerabili osculari. cum rex admirans cur hoc
faceret inquisiuit. philosophus respondit. Ego ho
norantem me honoro quia quod virtus nō potuit
Nota vestis assecuit. Scribitur in hystoriis ro
manorum quod romani qui viros magnificos
deificare consueuerant. disputauerunt in consilio.
utrum xp̄c in numero deorum esset recipiendus
cum tot miracula fecisset operatus. et tandem diffi
nitum est. quod nō debet recipi. eo quod nō haberet cul
tores. cum paupertatem predicauerit. Et naturalit̄
appareant stelle vnusquisque contempnit. **quali appareant stelle**

Docet alahazem in libro septimo perspec
tiue. quod stelle versus terram in occiden
te uel oriente locate maiores apparent oculo
quam cum fuerint ad celi medium eleuate. Eodem
modo consimili tum celestes quanto ad maiora dig
nitatum videntur conscendere tanto se ipsos humiliat
nota te purificant. iuxta illud Ecc. iij. Quanto
Ecc magnus es humilia in omnibus. ut eleganti
metaphora de talibus possit dici q̄d dictum est
de hester fons paruus creuit in fluuium ma
gnum et in solem lunamque conuersus est. isti namque
et si dignitate sint magni dum non inde
superbiunt humilitate sunt parui. Ideo p̄h̄s in solem
lunamque methaphorizate conuertuntur quia instar ce
lestium luminarium exaltati humiliores fiunt. Ta
lis fuit beata virgo que cum fuit ad tante

dignitatis fastigium ut dei mater fieret exal
tata mox se ipsam ostendens humilem ancil
lam se obtulit in ancillam. **de xij. proprietatibus** de xij. proprietatibus oculi

Est enim oculus numero geminus. **oculi**
Vnus corpori suo simillimus. Colore
diuersus. Figura asperus. Palpebra velatus
Incapite collocatus. Specierum invisibilium re
ceptiuus. Non sine alio agnitiuus. Iuxta
quondam distanciam invisibilium diuersitatem cogniti
uus. Totius corporis directiuus. Archanorum
mentis indicatiuus. Post longam vigiliam
sopnolentus. **Oculus est numero geminus** oculus est numero geminus

Primo igitur oculus est numero geminus et
hoc ideo ut certius alahazen ut unus forti
ficetur ex altero et ut defectus unius per alterum su
pleatur. Vnde Ambrosius Non nichil est hoc esse duos si
langueat alter. ut iure participis suppleat al
ter opus. In quo nobis socialis vite exemplo
natura commendat. Sicut oculi cum sint duo in
vno capite. mutuum se fortificant. sic in eadem
professione degentes in vno collegio mutuo se ro
borent. Vnde Salomon Eccl. iiij. Melius est du
os esse simul quam vnum. habent enim emolumen
tum societatis sue et viuant quamdiu ad necessitatem
amalo. Ipso reddit si vnus ceciderit ab alio ful
cietur. ve soli quia cum ceciderit nō habet subleuantem se.
Vel sic. ad Rustic. refert tale exemplum
Vidi inquit adolescentem grecum in quodam ceno
bio qui nulla abstinencia nulla operis magnitudi
ne flammam carnis poterat extinguere. huic periclitanti
pater monasterij ac arte seruauit
Imperat quidam viro ut iurgiis et conuiciis in
sectaretur hominem et post irrogatas iniurias
prius veniret ad querimoniam. Vocati testes pro
eo loquebantur qui contumeliam irrogabat. Flere
ille contra mendacium cepit. nullus pro eo stetit.
Solus abbas defensionem callide obtinere stu
duit. ne habundanciori tristicia absorberetur
frater. Quid multa. Iam completo anno interro
gatus adolescens super cogitacionibus suis. si ad
huc ipsum molestarent. Frater inquit viuere non
licet et fornicari libet. Cum inquit ipsa si solus
ille fuisset quo adiutore superasset. Ideo dicit
Seneca magna peccatorum pars tollitur si peccaturi
testis assistat. Vtilis est etiam vita quo ad Socialis
conseruacionem in bono. Psalmus. Vnde frater qui ad
iuuatur ab alio quasi ciuitas firma. Legitur in
dictis patrum quod quidam quedam patrem consuluit

quod melius exponeret · scilicet ducere uitam heremiticam uel cenobitam · Cui pater respondere nolebat uerbo · ne pateret calumpnia · sed respondit exemplo · Iubet ut uas plenum carbonibus ignitis afferret · quod cum attulisset · pater ille carbonem extrahens quem ignitissimum uidit seorsum in terra locauit · vbi cum esset solitarius non multo post est extinctus · Quod ille non intelligens · ait patri · Quid sibi wlt obsecro quod fecisti · Et ille · Iam inquit si aduertisti satisfactum est questioni tue · Ecce inquit carbo qui prius repositus cum aliis erat omnibus ignitissimus prius extinctus est · ab aere frigido circumstante · quia mansit ab aliis separatus · Reliqui uero igniti permanent eo quod ex consorcio mutuo calore se fouent · Sic homo manens in sancto collegio confouetur in bono · et hoc est quod dicitur Ecc · iiij · Si dormierint duo fouebuntur mutuo · vnus quomodo calefiet · **Oculus suo corpori similis**

oculus suo xpi simil'

Secundo oculus suo Christi debet esse simillimus · Monstruosum enim est si vnus oculus sit maior quam reliquus uel si sit alter coloratus · Hoc tamen monstrum hodie possumus in multis considerare · Nam cum in nobis sit duplex oculus · scilicet intellectus et affectus · Sunt quidam qui hos oculos habent in colore dissimiles · vnum dicendo et aliud faciendo · Alii qui in magnitudine inequales · nam multa dicunt pauca faciunt · multum studentes illuminacioni intellectus et parum curantes de inflammacione affectus · Primum illuminat ueritas · secundum caritas · Vtrumque petebat Dauid illuminari cum dixit · Illumina oculos meos · Sed in multis simul oculus intellectus illuminatus est · id est in secularibus · dexter uero obscuratus · scilicet in diuinis · Huiusmodi homines sunt monstruosi quia vnum oculum habent · scilicet intellectus adeo magnum et grossum · quod cum eo contemplantur celum et stellas et cursus planetarum et distanciam totius terre et inclinacionem · ut de eis dici possit illud Zach · v · Oculi eorum in vniuersa terra · Sed alterum oculum · scilicet affectus habent minimum et est fere nullum quia parum afficiuntur in diuinis · Isti sunt similes Jacob qui amori Lye pretulit amorem Rachelis · Rachel enim interpretatur uidens principium et significat speculatiuas sciencias que inquirunt principia rerum et principium condicionum · Lya uero interpretatur laboriosa et significat uirtutis exercicium · nam uirtus est circa difficile et arduum · Audiant igitur curiosi quid dicat Seneca se didicisse ait · Si multum superesset etatis parce dispensandum erat · ut sufficeret necessariis · nunc autem que dementia est superuacua querere in tanta temporis egestate · Et Hugo de nouiciis · In lectione uestra dilectissimi prius debetis querere que mores uestros instruant adiuuante quam sensus acuant ad subtilitatem · magis quam preceptis scripturarum informari quam questionibus impediri · Legitur de beato Edmundo · quod mater sua ipsi apparuit · cumque studeret in figuris arismetricis arguendo in dextera manu eius tres circulos vnum infra alium · In primo erat scriptum · pater · In secundo filius · In tercio spiritus sanctus · et respexit et dixit · Fili karissime talibus figuris intende · Qua uisione perdoctus relictis curiosis scienciis ad sacre scripture studium conuolauit · Vnde Augustinus · Infelix homo qui scit omnia illa · te autem nescit · Beatus autem ille qui te scit etiam si illa nesciat · qui uero te et illa nouit non propter illa beatior · sed propter te solum beatus si cognoscens te sicut te glorificet et gracias agat et non euanescat in cogitacionibus suis · **Oculus colore diuersus ·**

oculus colo[re] diuersus

Tercio oculus est in diuersis hominibus colore diuersus et pro colorum differenciis uariatur operacio uisiue potencie · Vnde philosophus xxix · in libro de animalibus · quod habentes oculos nigros sunt acuti uisus in die · sed obtusi in nocte · habentes autem oculos glaucos uident in nocte clarius quam in die · ut in murilegis et ceteris huiusmodi · Spiritualiter autem ad optandum oculi glauci eo quod habent spiritum debilem et modicum humorem · sapientes huius mundi significant · in quibus humor gracie deficit · et uirtus operandi tepescit · et isti clarius in nocte quam in die conspiciunt · quia totum sensum ad terrena conuertunt · et in hoc sicut talpa que sub terra sagax est et acuta et ibi nouit multa distinguere · Cum autem super terram ascendit efficitur stupida et omnem estimacionem amittit · Sic et sapientes huius mundi in terrenis sunt astuti · sed in spiritualibus sunt hebetes et ignari · Illi uero mentis oculos spiritualiter habent nigros in quorum oculis mortis memoria firmiter est impressa et isti de nocte uidere nesciunt · sed de die · quia tales non uident · id est non approbant peccatorum opera tenebrosa · sed opera lucis · id est uirtuosa · Ecc · vij · Memor

rare no. t. et met. no pec. Hanc mortis
memoriam antiqui comendasse legunt
verbis et exemplis. Vn Seneca. Mors ubi
qz te expectat tu quoqz si sapiens fueris
eam in omni loco expectabis. Bn. Memento
homo quis te fecit. de quo. et ad quid.
Quis ds te fecit. ut ipm timeas et illi so
li servias. De quo. de terra. ut no superbias. sz
te recognoscas et humilior fias. qualem ad y
maginem sua te fecit. in natura sibi similem
ut eu diligas. Ad quid ut ad finem debitam
tendas. caduca respuas. celestia queras.
Ecc'le primordia attende media memo
rare novissima. Seneca magna sapie
cia consistit in mortis meditacione. Sic enim
humane creacionis inicium cepit a pulvere
qr ds creavit hominem de pulvere ita et princi
piu ultime recreacionis incipiet a pulvere
qn pulveres mortuorum corporum congregabuntur in
corpora gloriosa. Sic et principiu spualis
recreacionis p gram incipit a pulvere i. mor
tis consideracione. iux illud. ps. Aufferes spm
eorum et defi. Et qr tam utilis e mortis me
moria ideo david optavit ut ad eam q mente
tis oculos habeat vigiles orabat dicens.
Illumina oclos meos ne unqm &c. oculus spericus

Quarto oculus e spericus sive rotundus
Figura aut sperica est omni figurarum si
plicissima cu una linea sit contenta. Figu
ra igitur oculi simplicias nos ad simplicitatem
intencionis hortatur. Figure et orbicularitas
psuadet. ut in cunctis ad certu bravium in
tencionis oculu dirigamus. Hec aut inte
cionis simplicitas no solu in figura oculi
significatur. verum et in modo videndi. ut e
dicitur in lib de visu. Cuncta videmus. Evangelio
videmus. Centrum uertex macule ocli basis no
ad terminos visse rei inquo significatur rec
ta intencio que omes terminos cogitacionu
et affectionu nostrarum iniciat in deum. omia in
laudem dei referens iuxta illud cor. i. Si
ve manducatis sive bibitis. vel aliud quid facitis om
nia ad glam dei facite. Pro quo dns ad sim
plicitatem intencionis ammones ait Math.
Si oculus tuus simplex fuerit et c. Si aut neqam
&c. Ille aut simplicem ht oculu qui in
omnibus que agit intendit honorem dei. Qui
aliud intendit infidelem se duo ostendit

vii seq. Si aut nequam fuerit et c. Homi
siquidem q agimus totum in deum referendum
e. Talis fuit Joab dno suo. pugnans e
contra Rabath cu iam esset capienda urbs
regia. misit pro david ne suo nomini a
scriberetur victoria. In huius signum conuenit
in fine cuiuslibet psalmi decantari Gloria
patri. q. operando dicamus p quolibet nro
opere. Non nobis dne no nobis et c. Nomina
enim ultime scriptori debet ascribi non primo
Ideo cu ipse operetur in nobis omnia. soli deo
honor et gloria in secula seculorum. oculus pal
pebris e uelatus

Quinto oculus palpebris e uelatus. Ad hoc aut palpe
brarum natura in geminata est. ut oculos a
nocumentis exterioribus preservaret. vn phs
iii. de animalibus. Omne animal carens palpe
bris debilis est visus. ut patet in piscibus
et leporibus quorum ocli sunt aperti. et io fit in eis
nimia deperdicio pp defectum custodie et vela
mina palpebrarum. Modo consimili qui bo
na sua no occultant. sz p inanem gloriam
et iactanciam se ostentant dum humanos fa
vores appetunt. totu perdunt. Unde Greg. p
dari desiderat &c. Quidam senex ait.
Sicut fieri no pt ut herba nascatur si
mul et fructificet. ita impossibile e ut lau
dem et gloriam habentem secularium simul et
fructu capiat celestem. In huius signum ma
nus Moysi sana permansit. du in sinum recon
ditur. lepra aut dum extra ponitur. Exo. iii.
Vn dns Math. vi. Te faciente elemosinam
et c. et ieiunium. Cum oraveris intra et c.
Et no solu hiis verbis docuit. sz exemplo
firmavit. precepit enim aplis cora qui
bus transfiguratus fuit Math. xvii. Ne
mini dixeritis et c. Cuius etiam mis
tici documentum abscondi voluit. in se
pulchro. Hoc et notandum e circa pal
pebras qr sicut dicit phs in li. iii. De
animalibus. Aves claudunt oclos palpebra
inferiori. Animalia vero gressibilia pal
pebra superiori. Per aves vero significantur
celestes qui terrena pre amore no respiciunt
sz contempnunt. Per animalia aut gressibilia
mundani denotantur. qui oculos clausos
habent ad celestia. sz ad terrena apertos. ps
Oculos suos statuerunt declinare &c. Et de nepha

ocul' spericus

ocul' palpebris e uelat'

oculus in capite locatus

ris senibus dicitur Dan. xiii. Declinaue-
runt oculos suos ne uiderent celum. Spirituales vi-
ri non eodem modo contemplacionem celestium uehemen-
ter intendunt dicentes cum apostolo Phil. iii. Nostra
conuersatio in celis est. **Oculus in capite locatus**

Sexto oculus in capite est collocatus. Ecc.
Oculi sapientis in capite eius. Caput
nostrum Christus a quo nobis fluit sensus et motus.
In hoc ergo capite debemus oculos nostros colloca-
re. Oculum scilicet intellectus per cognicionem et affectus
per amorem, quia ubi amor ibi oculus. Unde Dauid:
Oculi mei semper ad dominum. ¶ Intellectus noster de-
bet in Christo statui ut inspecta eius uita ma-
nifesta sibi ualeat conformari. Sic scriptor philosophus:
qui oculos ad exemplar dirigit recte scribit.
2 Par. xx. Cum ignoremus quid agere debeamus
hoc solum habemus residui ut oculos nostros diri-
gamus ad te. ¶ Affectus etiam in Christo debet statui con-
siderando quanta pertulit pro nobis et quanta bene-
ficia nobis contulit ut sic ipsum super omnia di-
ligamus. Sed multi sunt sicut porcus qui fructus
ab arbore deuorat et numquam oculos ad arborem le-
uat. Talium hominum ingratitudo confunditur si
bestiarum irrationabilium gratitudo pensetur. ¶ Refert
Commentator super II De animalibus quod quidam aspidem
domesticauerat ut cotidie ueniens de cauer-
na ad mensam patris familias hora prandii
quasi petens cibum, post comestionem uero ad cauer-
nam unde ueniebat rediebat. Que processu tem-
poris duos filios genuit quos secum ad men-
sam hospitis ut alerentur adduxit. Unus uero
filiorum tamquam indomesticus filium patris familias
uenenauit. Mater cernens nimium uelud in iram
puniens filium in conspectu omnium interfecit et quasi
domus capax confusa cum altero filio recessit. ¶
Adhuc autem gratitudinis exemplum referam ad
pleniorem confusionem ingratitudinis hominum. ¶ Scribitur

Nota

in hystoriis romanorum et idem refert Policra-
ticus li. ii. Quondam in Roma hominem quen-
dam nomine Andronicum ad mortem propter
sua facinora condempnatum qui leoni obiectus
est ad deuorandum. Quem ut leo paulo aspexit
quasi admirans stetit ac demum placidus ad ip-
sum ac lenibundus accessit et caudam more canum
adulancium blande mouit et corpori hominis iam pe-
ne pre timore mortui se adiungens cru-
ra eius et manus leniter demulsit lingua.
Tunc homo ille blandimenta sapiens uix ocu-
los ad intuendum leonem paulatim aperuit et
animum quem propter metum amiserat recuperare
cepit. Tunc quasi post factam mutuo cognicionem
Cesar leones uidens et gratulabundos ad inuicem
hominem et leonem, Cesar hominem ad se uocans
diligenter inquirit cur leo sibi pepercerit qui
ceteros sibi datos prius deuorauit. Ille uero
mirabilem rem narrans ait. ¶ Cum pro-
uinciam Affricanam proconsulari imperio dominus
meus obtineret, ego propter crudelitatem et uerbe-
ra domini eius ferre non ualens confugi ad soli-
tudinem aliquam arene latitando. Ad quam
non multo post uenit leo pede debili cruen-
to terribiliter rugiens et pro dolore uulneris in-
gemiscens. Quo uiso ultra modum sum per-
territus. Sed postquam leo speluncam ingrediens me
uidit, ad me mitis et mansuetus accessit
et pedem lesum michi ostendens gratia cura-
cionis michi porrexit. Tunc ego stirpem diligen-
ter euulsi et cruorem detergens saniem con-
gregatam eduxi. Illius ipsum leuiter exsicca-
ui. Tunc leo pro medela mea alleuiatum
se senciens pede in manibus meis recubuit.

oculus in ...

Ex eo die per triennium ego et leo in eodem spe-
cu mansimus et eisdem cibariis usi sumus. Nam
cum feras uenacione ceperat pinguiora mem-
bra michi dedit que ego ignis copiam non habens
meridiano sole cocta edebam. Sed postquam me
huius uite taeduit, belluine leone uenatum pro-
uecto specum relinquo. Et post fugam statim a mi-
litibus deprehensus ad dominum quem fugeram adduc-
tus et ex Affrica ductus Romam ubi me dam-
natum sentencia dominus meus ad cibum bestiis pro-
curauit. Hic autem est leo quem quondam habui
socium qui michi ut uidetis gratiam et uicem exhi-
bet et pro fideli societate et pro sibi exhibita medi-
cinali opera sanitatis. ¶ Tunc Andronicus iubente
Cesare a pena est solutus et idem leo ut socius est
sibi datus. ¶ Exeuntibus sibi ambulantibus et urbem
peragrantibus dicebant ceteri: hic leo est hospes
hominis, hic homo medicus leonis. Erubescant

Nota

igitur omnes beneficiorum domini immemores
tantam ferarum ad suos beneficos gratitudinem
audientes. **Oculus forme receptiuus**

oculus forme receptiuus

Septimo est oculus forme seu speciei rei
uisibilis receptiuus. Unde inter alia hec
est probacio in principio libri perspectiue. Nam si quis in
luce clara uehementer aspiciat in celum de loco

super quem oclus habeat foramen magnum dil
corporal ad celum et transtrat postmodum ad locum
obscurum et claudat oclos super aspiciet forma
illius foraminis cum figura. ¶ Foramen quod nos
homines debemus attendere et frequenter aspicere est
latus xpi perforatum in cruce. vnde apoc. 1°. vide
bit eum omnis oculus et qui eum pupugerunt. et zach. a
spicient ad me quem confixerunt. plurali dicit
quem confixerunt omnes enim xpm crucifiximus quia
pro nobis omnibus est crucifixus ¶ Aspiciat igitur
vnusquisque continue consciencie et mentis oculo hoc vul
nus et repleatur ut xpo passo pro suo modulo con
formetur ¶ Narrabit mihi de commixtione ele
mentorum. Quod si infector eum quem infecerat as
pexerit vel si presens fuerit protinus sanguis
de infecti vulneris emanabit. Quod si ita est
inferri potest. Hic nos xpm occidimus quia tum pro
bis occisus fuerit. Non recte igitur ipsum aspi
cit quem sanguis eius ac si recenter de vulne
ribus eius flueret non afficit. Sed pauci proch
dolor hoc foramen aspiciunt. vnde conqueritur
dominus pu. 1. Extendi manum meam manum scilicet
perforatam et non erat qui aspiceret. Oculus non sin

Octavo oculus non sed altius agmentinus
sin sed altius est agmentinus Aliquis dixit
scilicet oculus cordis et corporis. Nam oculi corporis se
ipsos videre nequiunt sed alia aspiciunt. Econtra oculi
cordis de se non de aliis infallibiliter iudica
re possunt. vnde qui alios iudicant et non se
ipsos tales oclos mentales convertunt in corpora
les de quibus Job. Numquid oculi carnei tibi sunt
Et ideo fatui sunt qui quasi aliorum facta dicta et
cogitata nesciunt aspicere et tamen temerarie
presumunt iudicare. Sed hodie plures inveniuntur
tales. vnde aug. l. x. confess. Curiosum est genus
humanum ad cognoscendam vitam alienam. sed tediosum
ad corrigendam vitam suam. Isti sunt sicut fatuus
scolaris qui habens librum latinum quem bene
intelligeret et in eo multum posset proficere et tamen
nunquam eum inspicere vellet. Sed in libro greco vel
hebraico sibi penitus incognito musitaret. Ta
les videntur speciem humanam exuere et bestiis
speciem induisse. dum dicunt se cordis secreta
videre. Cum tamen 1. Cor. ij. Quis enim
scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui
est in ipso ¶ Isti sunt de quibus dominus lu. Quid
autem vides festucam et cetera. Ipsi enim non
vident peccata sua in aliis autem parva vel nul

la. vnde poeta. Cum tua pervideas oculis mala
lippus invnctis. Cur in amicorum viciis tam
cernis acute. xxxi. die noctuque estu vrebar
et gelu. et fugiebat somnus ab oculis meis. Ille estu
et gelu vritur qui mentis oculos in inferni suppli
cia contemplatur vbi reprobi transeunt ab aquis ni
vium ad calorem nimium Job. xxiiij. Et ideo
legitur in vitis patrum. Quod abbas achilles
cuidam fratri cum turbaretur accidia suscitanti
quid sibi esset faciendum. Respondit. Ideo magis accidi
am pateris quia non dum vidisti premia que spe
ramus nec supplicia que timemus. Si enim ea di
ligenter aspiceres in cella etiam plena vermibus
sine accidie torpore iaceres ¶ Hic torpor non
solum facit interiorem oculum dormire. sed et exterio
rem. contra quod b. super can. Doleo aliquos ves
trum gravium in sacris vigiliis sopno deprimi
nec celi cives revereri. sed in presencia celestium
principum tanquam mortuos apparere cum vestra ipsi ala
critate permoti vestris interesse solempniis delecte
tur. vereor ne ... vestram desidiam aliquando abho
minantes cum indignacione recedant ¶ Et si
sopnus huius dormitationis tali torpore in ra
bili ... possit in mobilibus claustralibus nullo ro
nabilius in prelato qui tanquam speculator ecclie
debet sollicite vigilare ut non dormiat neque
dormitet qui custodit israel. Debet enim ut pas
tor pingal custodire vigilias noctis super gre
gem suum ¶ Accidiosi igitur oculos habent in
terius obscuratos. vnde pu. x. Sic fumus oclo
sic piger et cetera. Ut enim fumus obscurat oculos
corporis. sic accidia oculos mentis. Infelix igitur
accidiosus qui dum seculi oculi interiorem
amittit oculum ¶ Refertur parabolice regem
quendam tres filios habuisse qui volens de re
gno suo disponere. vocatis coram se tribus filiis
dixit pigriori se velle regnum suum dare ¶
Primus dixit michi debetur regnum quia adeo pig
rum quod ad ignem sedens cum pedes comburi per
mitto quam illud retraham ab ignis incendio
¶ Immo ait secundus ego ad regnandum sum
aptus. nam cum funem in collo habeam quod mox
suspendi debeam et gladium in manu tene
am pro pigricia non porrigo manum meam
ad abscidendum cordam ¶ Immo subdit tercius
ego regnare debeo quia pigricia ceteros antecedo
Supinus in lectulo iaceo et stillat aqua super
vtrumque oculum et pro pigricia non moveo me ad

i. e. tale signum ben.

R. sequitur. 8.

oculus visibilium dissimode cognitus.

dexteram vel sinistram. Huic rex legavit regnum
per integrum reputans eum magis pigrum. Rex
iste dyabolus est qui est rex super omnes filios su-
perbie. ¶ Per primum trium filiorum congrue iste designa-
tur qui existens in societate prima per quam ad
malum accenditur magis eligit igne peccati crema-
ri quam a tali societate separari. ¶ Secundus non sig-
nificat illum qui licet peccatorum funibus se videat
esse constrictum quibus mox suspendendus est ad infer-
nale patibulum inclusorum pigritatur funes peccatorum pri-
de gladio lingwe id est confessione. ¶ Tercius autem
significat illum qui doctrina audit de paradysi
gaudiis et inferni suppliciis et tamen pro pigricia
suam stratam suum non deserit nec se voluit
ad dexteram amore celestis premii nec ad sinistram
ut saltem penam declinat metu tormenti. Oculus

Nono oculus visibilium dissimode cognitus
est. Per in diversitate distancie visibilium di-
ssimode cognitus. ¶ Si enim rem videt remo-
tis iudicat esse parvam. Si autem de prope vidi-
cat esse magnam. Unde solem qui remotus est
minus esse modicum iudicamus cum tamen de-
monstretur certissime esse centies sexagesies
septies maior tota terra. ¶ Modo consimili
peccatores a deo per peccati distanciam elongati. lon-
ge enim a peccatoribus salus deum et celestium pre-
mium parvipendunt. Terrena vero quibus per a-
morem propinqui sunt magnipendunt. Unde dicitur
Numeri xxiiii. Dixit balaam filius beor ho-
mo cuius obturatus est oculus qui cadens aper-
tos oculos habet. videbo illum sed non modo intu-
ebor eum prope. ¶ Peccatores siquidem caden-
tes ad temporalia oculos apertos habentes sed ad ce-
lestia obturatos deum quasi prope aspiciunt et id
ipsum non secundum eius magnitudinem estimantes
contempnunt. Unde et pharao per peccatum elongatus
a deo dicebat Quis est dominus ut audiam vocem
eius Nescio dominum et israel non dimittam. Unde
talibus tamquam longe distantibus dicit dominus.
ysaie. xxxiii. Audite qui longe estis et cognos-
cetis fortitudinem meam. Contra vero sanctorum ocu-
lis celestia ut prope posita videntur maxima
Unde David quia ego cognovi quod magnus est
dominus Et de magnitudine celestis premii ait
Quam magna multitudo dulcedinis tue et cetera. Terrena
vero cum a cordibus sanctorum sint remota aspectum
eorum parva videntur immo et quasi nulla. Jeremias iiii.
Aspexi terram et ecce vacua erat. ¶ Con

no

similis est id est de humilibus et superbis quia isti se
magistros reputant illi vero pueros. Semel
inter scolasticos questio ista mota fuit Quo-
modo est quod quanto aliquis perfectior et sanctior est
tanto humilior et cum contrarium esse debeat ut
videtur. Nam sanctus homo plus videt habere unde
eam videri extolli valeat. peccator vero unde humi-
liari debeat cum nullum bonum habeat. Et re-
spondit quidam loquendi promptus quod ymmo e
contrario esse debet. humilitas enim deo approxi-
mat hominem superbia ab eo elongat. Vide-
mus enim in hac machina mundiali quod quanto
circumferencia est minor tanto est centro propin-
quior. Et quanto fuerit maior tanto est a cen-
tro remocior. Unde dicit dyonisius in ierarchia
Quod deus est quasi centrum et spiritus intelligibiles
moventur more circumferencie circa centrum
Simplex modum est de hominibus qui suo modo circa de-
um moventur iuxta illud actuum xxvii. In ipso vi-
vimus et cetera. Quanto ergo quis est brevior id est
humilior tanto deo propinquior. et quanto per superbiam
maior tanto a deo remocior. Oculus totius corporis

Decimo oculus est totius corporis directivus
corporis directivus. Unde et oculi vocantur
luminaria quia lumine extrinsecus recipiunt et
acceptum communicant et refundunt. Unde
philosophus diffiniens oculum ait Oculus est dux cor-
poris vas luminis index animi. Oculus non
sibi soli videt sed toti corpori Per quod natura
nos instruit ut bona que habemus aliis
communicare libenter studeamus. Unde petri. iiii.
Unusquisque sicut accepit gratiam in alteru-
trum illam ministrantes sicut boni dispensa-
tores et cetera. Bona enim spiritualia siquis illa
communicat non ideo minus habet. Unde Cassius
in epistolis suis Non debet esse difficile com-
municare beneficium quod non patitur largien-
ti detrimentum. Et Anticlaudianus dicit
Exit in omne bonum melius sibi luce patebit
Namque bonum quod sese latet splendore minori
Degenerat ceciatque magis si luce fruatur
Sic flos in fructum in flumen rivus in
undamque abit et in messem pignus procedit aurum
In gratia thesauros animique prodiga largos
vult possessores et dedignatur avaros. Clausa
parit diffusa redit quod publica fiat. Labitur
et vires multas acquirit eundo. Et sapiens
dicit Notam in fortitudinis in ante videris

oculus totius corporis directivus

no

du pigritatis ceteris co[m]municare quod gratis proba
uit accepisse. ¶ Spiritualis autem sicut oculus
corporalis lumen suum ceteris membris communi
cat. Sic qui illustratus dono sciencie debet illud
omnibus liberaliter impartiri ut possit dicere illud
Eccl. xxiiii. Videte quoniam non soli michi
laboraui sed omnibus exquirentibus disciplinam.

Vicesimus oculus archanorum indicatiuus.

oculus est archanorum mentis indicati
uus. Unde et motus animi sequitur statum in
teriorem. dicit philosophus li. de animalibus. Si oculus
fuerit mobilis signum instabilitatis mentis. Si
primus tardus pigriciam uoluntatis. Si mo
tus mediocris fidelem mentis apprehensionem
et in apprehensis constantem fixionem. ¶ Sunt n[on]-
nulli quidam feruentes in principio qui post ab inchoato
bono desistunt qui ad tempus credunt
etc. Alii sunt tepidi et remissi. Alii autem et
fideliter inchoant et cepto firmiter perseuerant.
Cum enim oculus sit index animi. hinc est quod
per oculum plerumque deprehendi possunt mentis sta
tum. Qualis enim quisque intrinsecus lateat ex
terior oculus narrat. Unde de assuero le
gitur Hester xv. Cumque eleuasset faciem ar
dentibus oculis ferocitatem pectoris indica

leat ut modo delectabiliter requiescat. unde ps.
Si dedero sompnum etc. Et alibi In pace in id
ipsum etc. Et tunc homo noster interior dormit
corpore contemplationis quo sensus exteriores le
guntur et actibus suis suspenduntur ut possit
dicere illud Can. v. Ego dormio et cor meum
uigilat. ¶ Nam uiri spirituales instar leonum
et leporum apertis interioribus oculis dormire di
cuntur. Unde et paulus excecatus exterius interius
illuminatus fuit. Sed multi sunt quorum oculus
semper uagatur exterius et in hoc similes sunt hyst
rioni qui interius uisitat domum suam et libe
ans frequentat alienam. unde Job vii. Et non
reuertatur oculus meus ut uideat bona. De

Superborum oculi qui sequitur. oculus superborum

Qui ad uaga et excelsa respiciunt. dicuntur
tumidi et elati. Elatione animi protendunt
sublimes oculi. unde Greg. Cordis superbia usque ad
membra foris extenditur et per oculos pariter indi
catur. Hos oculos detestatur dauid dicens Superbo
oculo et insaciabili corde etc. Non est
exaltatum cor meum etc. Et ideo Nicticoraci se
comparat dicens. Factus sum sicut nicticorax. Hec
auis non quolibet uisu significat. Sed cum q
me homines cegens ab in aucu hostium se querat

Margin: Et dauid

Margin: oculus archanorum indicatiuus

Margin: oculus superborum

Et dauid. Docebo iniquos uias tuas. Et paulus postquam uisum recepit continuo cepit in iudeis predicare. Ideo Seneca ad lucillum. Omnia cupio in te transfundere et in hoc gaudeo aliquid addiscere ut doceam. nec me ulla res delectat licet sit eximia et salutaris quam michi uni sciturus sum. Si cum exceptione detur sapientia ut intus teneam. Nullius siquidem boni possessio iocunda est sine socio. Et sicut uidemus quod oculus corporalis ideo non minus uidet quod toti corpori [illegible] quin potius ex uidendi exercitio potencior redditur in uidendo. Unde ex longa mora in carcere contingit aliquos cecos esse. Sic et sciencia communicando non minuitur sed augetur. Unde ysidorus Scienciam quam corde concipis ore diffunde. Sapientia enim dando fit largior. retinendo minoratur.

a. sequitur. b.

oculus visibilium diversimode congnitivus

nota

dexteram vel sinistram. Hunc rex legavit regnum pro integro reputans eum magis pigrum. Rex iste dyabolus est qui est rex super omnes filios superbie. ¶ Primus trium filiorum congruenter ille designatur qui existens in societate perversa per quam ad malum attenditur magis eligit igne peccati cremari quam a talium societate separari. ¶ Secundus non significat illum qui licet peccatorum funibus se videat esse constrictum quibus mox suspendendus est ad infernale patibulum inclusionis purgatur fune peccatorum [pa]cis de gladio lingue id est confessione. ¶ Tercius autem significat illum qui doctrinam audit de paradisi gaudiis et in inferni suppliciis et tamen pro pigricia suam stratum suum non deserit nec se voluit ad dexteram amore celestis premii nec ad sinistram ut salvari penam declinat metu tormenti. Oculus

Nono oculus visibilium diversimode congnitivus est per diversitatem distancie visibilium diversimode congnitivus. ¶ Qui enim rem videt a remotis iudicat esse parvam. Qui autem de prope videat esse magnam. Unde solem qui a remotis est visus esse modicum iudicamus cum tamen demonstretur certissime esse centies sexagesies septies maior tota terra. ¶ Modo consimili

[redacted]

similis est id est de humilibus et superbis quia isti se magistros reputant illi non priores. ¶ Quemadmodum inter scolasticos questio ista mota fuit. Quomodo est quod quanto aliquis perfectior et sanctior est tanto humilior et cum contrarium esse debeat ut videtur. Nam sanctus homo plus videtur habere materiam unde extolli valeat. Peccator vero unde humiliari debeat cum nullum bonum habeat. Et respondit quidam loquendi peritus quod ymmo e contrario esse debet. Humilitas enim deo approximat hominem superbia ab eo elongat. Videmus enim in hac machina mundiali quod quanto circumferencia est minor tanto est centro propinquior. Et quanto fuerit maior tanto est a centro remocior. ¶ Unde dicit Dyonisius in Ierarchia quod deus est quasi centrum et spiritus intelligibiles moventur more circumferencie circa centrum. Pluribus modum est de hominibus qui suo modo circa deum moventur iuxta illud actuum xxvii in ipso vivimus etc. Quanto ergo quis est brevior id est humilior tanto deo propinquior et quanto superbia maior tanto a deo remocior. Oculus tocius corporis directivus

Decimo oculus est tocius corporis directivus. Unde et oculi vocantur luminaria quia lumine extrinsecus recipiunt et

[redacted]

oculus tocius corporis directivus

diu pigritantibus ceteris adiuuare quod Christus probatur accepisse. Spiritualis autem sicut oculus corporalis lumine suum ceteris membris communicet. Sic qui illustratus dono sciencie debet illud omnibus liberaliter impartiri ut possit dicere illud Eccl. xxiiij. Videte quoniam non soli michi laboraui sed omnibus exquirentibus disciplinam.

Vndecimo oculus archanorum indicatiuus

Vndecimo oculus est archanorum mentis indicatiuus. Vnde et motus animi signat statum interiorem. Dicit philosophus li. de animalibus. Si oculi sunt mobiles signat instabilitatem mentis. Si [illegible] tardius peruicaciam voluntatis. Si motus mediocris stabilem mentis apprehensionem et in apprehensis debitam fixionem. Sunt ii quidam feruentes in principio qui post ab inchoato bono desistunt qui ad tempus credunt etc. Alii sunt tepidi et remissi. Alii autem et stabiliter inchoant et cepto firmiter perseuerant. Cum enim oculus sit index animi. Hinc est quod per oculum plerumque deprehendi possunt mentis statum. Qualis enim quisque intus se lateat exterior oculus narrat. Vnde de Assuero legitur Hest. xv. Cumque eleuasset faciem ardentibus oculis ferocitatem pectoris indicabat. Et Eccl. xix. Ex uisu cognoscitur uir et ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Et ideo multum decet honestum virum ut ab impudicis spectaculis eius oculus arceatur ne in continencia probatur. Vnde Tullius. Cum Pericles et Sophocles ad colloquendum de consolacionibus publicis conuenissent et casu quidam pulcher adolescens transiret. Ait Sophocles. Pericle vide pulcherrimum puerum. Qui respondit. Pretorem decet non solum manus et linguam habere continentes sed etiam oculos. Augustinus. Impudicus oculus impudici cordis est nuncius.

Oculus post vigiliam sompnolentus

Duodecimo oculus est post longam vigiliam sompnolentus. Matthei xxvj. Dormite iam et requiescite. Inuenit eos dormientes. Postquam enim oculus corporalis circa exteriora diu fuerit occupatus quasi spiritus fessus animalis qui ad exteriora uagatur reuertatur interius et tunc dormit animal et quiescit. Huius igitur natura oculi nos instruxit. Quod cum homo diu circa exteriora aministranda intendit expedit ei ut ad interiora redeat et sic sompno spirituali dormire ualeat ut modo delectabiliter requiescat. Vnde psalmus. Si dedero sompnum etc. Et alibi. In pace in idipsum etc. Et tunc homo noster interior dormit sopore contemplacionis quo sensus exteriores ligantur et actibus suis suspenduntur ut possit dicere illud Cant. v. Ego dormio et cor meum vigilat. Nam viri spirituales instar leonum et leporum apertis interioribus oculis dormire dicuntur. Vnde et Paulus excecatus exterius interius illuminatus fuit. Sed multi sunt quorum oculus semper uagatur exterius et in hoc similes sunt hystrioni qui in [illegible] uisitat domum suam et libencius frequentat aliena. Vnde Iob vij. Et non reuertetur oculus meus ut uideat bona.

De oculis superborum

Superborum oculi quia semper ardua et excelsa respiciunt dicuntur tumidi et elati. Elacionem animi pretendunt sublimes oculi. Vnde Bernardus. Cordis superbia usque ad membra foris extenditur et per oculos primum indicatur. Hos oculos detestatur Dauid dicens. Superbo oculo et insaciabili corde etc. Item. Domine non est exaltatum cor meum etc. Et ideo nicticoraci se comparat dicens. Factus sum sicut nicticorax. Hec auis non quemlibet uisum significat sed eum qui inter homines degens ab inanitate hominum se quantum potest abscondit lucem refugit quia humane laudis gloriam non attendit. Preuidebat enim esse scriptum Ys. v. Oculi sublimium deprimentur. Et ideo ipse dicit. Oculus superborum humiliabitur. Tales oculi deo qui mitis et humilis corde est sunt odiosi. Vnde Prouerbiorum vj. Sex sunt que odit dominus et septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes. Ideo publicanus non audebat oculos ad celum leuare quasi diceret. Non sum dignus uidere altitudinem celi. Luc. Descendit hic iustificatus in domum suam. Nec mirum si sublimes oculi displiceant deo quia in hoc maxime assimilatur homo dyabolo. Vnde Iob xli. Omne sublime uidet oculus eius et ipse est rex super omnes filios superbie. Ideo petebat Ecclesiasticus xxiij. Extollenciam oculorum ne dederis michi.

De oculis inuidorum

Oculus inuidi instar oculi strabonis non recte uidet illum cui inuidet. Vnde Reg. i. Et postquam Dauid triumphauit de Philisteis non rectis oculis Saul respiciebat eum a die illa et deinceps. Nam felicitatis alterius ~~est~~ est inuidi cruciatus. Vnde Ouidius. Alterius rebus macrescit opimis. Et ideo dicitur

Invidus quasi non videns. Invidi namque oculi aliene felicitati invident. aliorum prosperitatem videre non valent. Unde Gen. xxxi. Laban audiens quod Iacob divitiis esset ditatus non exhibuit faciem suam sicut heri et nudius tercius. et in eodem xxviii. vidit Esau quod pater suus non libenter respiceret Chanaan quia inspectatur possidentes. Invidia namque non est ad minores sed ad divites. Dicit enim philosophus quod invidia est tristicia ex apparenti prosperitate boni alicuius minimi et non est via qua invidiam declinare valeas nisi ut miserrimus fias. Nam sola miseria caret invidia. Unde Socrates Platoni discipulo suo querenti qua ratione condiscipulorum suorum invidiam declinaret: Esto inquit ut Thersites miserrimus. Hinc est quod illi qui sunt illustriores meriti magis subiacent invidie et detractioni. Invidi enim ut ait Boecius nequeunt oculos suos tenebris assuetos ad lucem perspicue veritatis attollere, similes avibus quarum intuitum nox illuminat, dies cecat. Et hinc est quod servi dominos subditi prelatos detractionibus insequuntur quamvis prelati suum officium interdum recte exequantur. Oculus igitur invidorum torquetur visis prosperitatibus proximorum. Unde Socrates vocat invidos morbos civitatibus et locis oculos et aures inherent ut de alienis felicitatibus torqueantur. Hic est oculus de quo Eccli. iiii. Oculus malus ad mala. Respicit enim ad malum proximi respicit et a bono eius se avertit. Et ideo recte per Hely significatur de quo i. Regum iii. dicitur quod oculi eius caligaverunt nec poterat videre lucernam donec extingueretur. Tales sunt invidi per invidiam excecati hos videre nequeunt qui sunt lucerna in domo domini donec moriantur. Alii enim hominem commendant post mortem cui dum vivet invidebant. Unde Cyprianus: zelus invidie non modum habet permanens iugiter sine fine cum alia scelera finiantur. quanto ille cui invidetur successu meliori profecerit tanto invidus in maius incendium livoris ignibus inardescat. Unde poeta: Urit enim fulgore suo qui pregravat artes infra se positas extinctus amabitur idem. Et Rich. de s. Vic. Invidus homo quod videt invidet. quod audit odit quod tangit extinguit. Invidiam et malum alterius emulatur quia vellet eam grave pati dispendium dum alter gravius ledetur. Sic ille qui optavit sibi erui unum oculum ut utroque proximus privaretur. Talis super Iob dicit Gallus invidi torquetur esuricia in vidius morte cum vivit continua tamquam separatus ab eo qui est vita a quo ut dicit Plato relegata est omnis invidia. Natura enim aquile in probando pullos suos talis esse dicitur. ponit siquidem eos sub solis radio et eum qui solem immobili aspicit tamquam filium nutrit. Illos autem abicit tamquam degeneres quos videt oculos a sole deflectentes. Sic et ipse deus qui aquile comparatur Deut. xxxii. Sicut aquila provocans ad volandum pullos. Invidos abicit tamquam sibi dissimiles qui fulgorem bonorum in aliis respicere non valentes. Et quia lucem veritatis videre nequeunt. congrue in inferni tenebras obtinebunt.

De oculis iratorum

Ira turbat racionis oculum. Psalmus: Turbatus est a furore oculus meus. Iram furorem appellat. Nam iratus est ut insanus ad tempus. Unde ira furor brevis est. Et quoniam racionis oculus est in irato perturbatus ideo non potest iudicare de rebus. Unde non mirum cum sic iratum dic sanguine respersus. Ira enim secundum philosophum est accensus sanguinis circa cor. Unde Iob xvii. Caligavit ab indignatione oculus meus. Et sicut ymago in aqua turbida non apparet sic et in mente ira turbata veritas non relucet. Unde poeta: Impedit ira animum etc. Hanc autem perturbacionem parat dyabolus. Est enim sicut piscator astutus qui aquam turbat ut pisces capiat. Hinc est quod iratus solet interdum immoderate punire. Unde Valerius refert libro iiii. Mirabilium factorum. Quod Tarentinus dux dum de remotis partibus cum Pitagora philosopho studuisset. Tandemque adeptus doctrinam sic cum ad patriam remeasset rura que sua propter villici negligenciam desolata vidisset intuens male eum tum hoc fertur dixisse verbum: Sumerem de te supplicium nisi sumerem si tibi iratus non forem. Malo enim impunitum te dimittere quam propter iram iusto gravius te punire. Unde Iob xxxvi. Non te superet ira ut aliquem opprimas. Et Tullius libro de officiis: Cavendum est in puniendo ne maior sit pena quam culpa. Ex predictis possumus elicere saluberrimum documentum quod ira pendente nichil est iudicandum donec motus ire sedatus fuerit. Iuxta illud poeticum: Cum furor in cursu est currenti cede furori. Quia dicit philosophus quod duo sunt contraria

Seq. B. post. de

s. festinancia et ira. **De oculis accidiosorum**

Accidiosi oculi sompno pigritie sunt pregravati et significantur per discipulos dormientes de quibus Mat.: Invenit eos dormientes e. o. e. g. Hii possunt dicere illud Ps.: Dormitavit anima mea pre tedio. Hoc autem provenit ex inconsideracione societatis interne. Si enim repromissa opulencia glorie celestis attenderent, mentis sopnum discuterent et ad eam conquirendam oculos intentos haberent. Prov. xx: Aperi oculos tuos et saturare panibus. ¶ Causatur et sopnus accidie ex inconsideracione future pene, de quo potest exponi quod dixit Gen.

¶ Nota quod oculus existens in luce non videt existentem in tenebris sed potius econverso. Sic peccatores in tenebris hos qui sunt in luce gratie temere iudicare presumunt. Iusti non celitus illuminati peccatores iudicare non noverunt. Legitur de sancto Iohanne Elemosinario in vita eius, inter alia bona et hoc habebat quod neminem iudicabat, sed cum audiebat alios iudicantes corrigebat eos dicens: Vos peccatis primo contra mandatum domini dicentis: Nolite iudicare. Deinde quia nescitis qualis modo sit quem peccatorem sentitis. Sepe enim peccatum furis vel periurii vel fornicatoris videmus, sed penitentiam eius que deo accepta est non videmus. Legitur in vitas patrum de sancto Moyse heremita qui vocatus ad iudicandum fratrem culpabilem sportam vetustissimam plenam harena portabat. Et interrogatus quid hoc esset: Hec peccata mea sunt post me sequencia et non video ea, ideo venio iudicare. ¶ Dicit Augustinus: Consideracio alieni peccati multa parit mala in diversis. Si enim peccator est qui alterius peccata considerat, exemplo eius in peccato perseverat. Si vero penitens a peccato primo refrigescit, ex eo quod si eodem peccato vel alio temptabitur facilius exemplo superatur. Si autem temptacione carebat, eo ipso temptatur quod vicium illius considerat. Si autem iustus preferendo se illi in superbiam erigitur, quem si diligebat, eum in iudicio nunc incipit habere odio. Non igitur facile est considerare alterius culpam, cuius consideracio tot generat mala. ¶ Sancti ergo viri non temere iudicant alios sed sollicite noverunt iudicare se ipsos, scientes esse scriptum Eccl. xvii: Posuit oculum ipsorum super cor eorum.

De oculis avarorum

Avarorum oculi mundane possessionis pulvere sunt respersi et ideo excecati. Nam oculi stultorum in finibus terre. Prov. xvii. Et ideo sunt sicut talpe que oculis private sunt et oculorum tantum signa gerunt, terram fodiunt et eam super se iactant. Sic et avari hanc tenent similitudinem, sed non habent vere sapiencie veritatem et cum terrena querunt terrenis desideriis se ipsos vivos sepeliunt. Quia dicitur Prov. xii: Via stulti recta in oculis eius. Hic est oculus de quo Zach. v: Oculus eorum in universa terra. Quia ad acquisicionem terrenorum per universum orbem tendit tota intencio avarorum. Oculus autem pulvere respersus rem clare videre non potest, et ideo quia cupidi divicias super oculos cordis ponunt pulverem mendacium de diviciis adherentes(?) ut que sunt vilia reputent preciosa. ¶ Et sicut per interposicionem opaci corporis inter solem et oculum corporis fit corporalis eclipsis, sic ex hoc quod terrenum per amorem nimium interpositum inter oculos cordis et solem iusticie, hec spiritualis eclypsis in anima cupidi provenire. Unde Gl. super illud Ps.: Supercecidit ignis, scilicet ardentis avaricie, et non viderunt solem, scilicet solem iusticie. Et ideo congrue interpretatur argentum quasi ardor gentium. Sicut enim ursus excecatur per pelvim ardentem, sic cupidus per terrenorum amorem. ¶ Cum enim ubi amor ibi sit oculus, cupidus ad aurum quod summe diligit oculum intencionis convertit et dum eius fulgore et pulchritudine delectatur instar ursi spiritualiter excecatur. Cum avaricia sic abstulerit lumen oculorum hominem ipsum ad molam, id est ad volubilitatem horum temporalium, molere facit, ut legitur de Sampson Iud. 16, quem cum apprehendissent Philistei eruerunt oculos eius et clausum(?) molere fecerunt. ¶ Non mirum si cupidus clare videre nequeat, cum in oculo trabem gerat. Ille namque trabem in oculo portat qui astute aspirat ad ecclesiasticam dignitatem. ¶ Aranea a trabe dependet et se totam eviscerat telam inutilem componendo. Sic etiam(?) cupidus intencione que a trabe dependet, ad eam quam appetit dignitatem, et ducit filadium distrahitur per(?) varia desideria. Unde de eo dici potest: Anni nostri sicut aranea et cetera. Et sicut Levi precipiebatur abesse a ministerio habens albuginem in oculo, sic ambiciosus esset ab ecclesiastico beneficio repellendus qui tamquam albuginem in

tis oculum excecante. hec in oculo desiderata ecle
sie dignitate. ¶ Auarus autem cupidus spiritua
lium oculorum luminibus sit priuatus tamen pruden
cius et perspicacius oculatus postquam nummos in ar
cha fuerit contemplatus. Consideret enim illud
quod dicit petronius. Quisquis habet nummos se
cura dormiat umbra. Facta namque suo tempore
arbitrio carmina componat declamet concrepet
omnes. Et peragat causas sitque catone prior.
Multa loquor quid uis nummis presentibus opta
Et ueniet clausum possidet archa iouem. Sed pre
ceteris dici illud apocalypsis iii. Tu dicis quod diues
sum et nullius egeo et nescis quia miser es et cetera.

Nota. Oculi gulosorum

De oculis gulosorum

Oculi gulosorum
dicuntur carnei quia ad percipienda carnis de
lectamenta sunt intenti. Job x. Numquid oculi carnei tibi
sunt. Unde Juuenalis. Sunt quibus in solo uiuendi
causa palato. ¶ Gulosorum oculi sunt ad escam
contemplandam acutissimi tamquam aquilini. Job xxxix.
Numquid ad preceptum tuum et cetera. Inde contemplatur escam
et oculi eius de longe prospiciunt. Est enim natura
aquile quod cum ad alta uolauerit inde pisces in
mari prospicit et instar tonitrui ad eos uora
dos descendit. Et gulosorum oculi escam non
tantum contemplantur in aqua sed et in omnibus elemen
tis iuxta illud poeticum. Interea uentriculas
uersatur inquietudo piscis Clauis colitur meliore
laci quis fertilis aer. Altilibusque tua fe
ras effundat edules. Ingenium est quesisse me
rum nam gratia mensis. Absque mero dapsa
uenit ut plena uoluptas. Est mense qui
fundat aquas faciniusque receptis. Naufragi
um fecisse cibis solempnia mense. Bachus ait.
¶ Et sicut uirorum spiritualium oculi semper sunt ad
deum. sic gulosorum ad cibum et adueniunt quem
colunt et faciunt deum suum. philippenses iii. Quorum
deus uenter est. Quod exponens hugo dicit.
Per similitudinem uentri comparatur deo. Solent enim diis
templa construi. altaria erigi. ministri ad ser
uiendum ordinari. pecudes immolari. thura
cremari. ¶ Deo siquidem uentri templum est
coquina. altare mensa. ministri coci. pecu
des carnes cocte. fumus incensorum odor sapo
rum. ¶ Sed ut ait quidam. Non tibi sit uenter
deus sed uiue decenter. Peccat gustando qui
querit quomodo quando. Non prepere laute ni
mis ardenter studiose.

Nota. Oculis luxuriosorum

De oculis luxuriosorum

Oculus corporis est ianitor cordis qui si
pudicus fuerit quicquid indecens est nouit
excludit. Impudicus uero quicquid placeat
per omnia discurrit. Si malus intrat nolentes
intrare patitur uolentes autem monet et hortatur.
legitur Gen. xxxix. Iniecit domina oculos in Jo
seph. ¶ Hec sunt impudicicie tela quibus uulne
rantur multi sed longe positi. Huius telis pudici
ciam oculorum opposuit Joseph. Preceptum est enim No
li intendere fallacie mulieris. Prouerbia v. Et ideo in
oculis eius captus non fuit. Sed econtrario contigit ho
loferni. Judith x. Cumque intrasset ante faciem
eius et uidit eam captus est in oculis eius.
Basiliscus enim solo uisu aues uolantes interfi
cit et mulieris aspectus basiliscus licet aspectu
modicum quod uideatur tamen multos uulnerat et occi
dit. ¶ Videtur quoque probabile quod cum mulier ui
rum libidinose respicit tunc a corde mulieris li
bidinosus fumus egrediens usque ad oculos
uenit. deinde radios uisuales mulieris inficiat
qui sic infecti ueniunt ad oculos uiri deinde
ad cor sicut a corde mulieris primo processit. ¶
Hec est enim natura radii uenenosi sicut per
similitudinem potest uideri. Canis enim rabidus
in cerebro uenenum habet. et cum aliquem in qua
cumque corporis parte mordet ipsa parte inficiatur
in cerebro. sicut et canis infectus erat in
eodem. Cordis enim infectio ad oculos uenit.
Unde poeta. Ex cordis lampas fatalis ignescit
ocellis. Et secundum philosophum. Cum mulier menstruo
sa speculum inspicit ipsum maculat et inficit.
Sic in eodem mulier uirum respiciens ex libidine
eadem inficit in qua tamquam in speculo se relucet
ymago. ¶ Sicut autem aspectus mulieris actiuus
sepe ledit. sic et cum aspicitur non minus offendit.
Unde Quintilianus in libro causarum dicit. Ui
cijs nostris in animam per oculos uia est. Jere. ix.
Ascendit mors per fenestras nostras et cetera. ¶ Si
cut enim aliquando contingit quod in domibus per fenes
tram latrunculis latronibus magnis hostium
aperitur. qui ingressi domum spoliant et hospitem
occidunt. hoc facit aspectus illicitus. Tren. iii.
Oculus meus depredatus est animam meam. Unde
helinandus. Procul est castitas que inordinate
uidet uel indecenter aspicit. ¶ Venatores uo
lentes feram inuenire et capere primos canes
uenaticos quos fuctos appellant emitte
runt premittere. qui huc et illuc non cessant ua
gari donec predam inueniant. Et cum inuen

vnt. venator magnos canes emittit & post-
quam feram cepit venator superuenit & occidit.
Sic & dyabolus facit per fornicationem plures capien-
do & occidendo. Unde Dauid uidit mulierem ad con-
cupiscendum et cetera. Et dicitur fornicatio quasi for-
tis uel forme uenatio uel fornacis occasio.
¶ Natura leonis est quod siquis iuxta eum
transit et leonem non respicit melius euadit.
Si autem leonem respicit ipsum deuoraturus
inuadit. Sic modum ex aspectu mulieris in
tanto inuadit hominem temptatio carnalis
quod si non aspexisset securus euasisset. Unde
Iob xxxi. Pepigi fedus cum oculis meis et cetera.
Super quo Gregorius. Non licet intueri et cetera. Ysi-
dorus. Tolle materiam delinquendi si uis
a fornicatione esse tutus. esto in uisione dis-
cretus. Nullus sane mentis uadit ad basiliscum
spectandum. cuius aspectus inficit. ergo nullus
debet ire ad spectacula mulierum quarum aspec-
tus inficit et occidit ¶ Quidam iuuenis
heremita cum abbate suo uenit in ciuitatem
vbi mulieres in chorea respexit. & cum inmo-
res esset ab abbate requisiuit. abbas anse-
res eas esse. Et. Reuersus puer ad claustrum
inconsolabiliter flere cepit. Cui abbas Quid
vis fili. At ille. Volo de anseribus quas in
ciuitate uidi ut des michi. Tunc abbas
fratribus conuocatis. Considerate inquit fratres me-
te sollicitat quam periculosum sit mulierum spectacula.
Nam hic puer in nocens qui prius mulierem
non uidit. in semel intuitus solo uisu sic
est igne concupiscentie carnalis accensus ¶ Si quis sa-
nus esset. vas habens plenum balsamo. si il-
lud in media platea poneret & omnibus expo-
neret ut vnusquisque contra uas lapidem iacta-
ret. Insanus igitur esset habens in corde bal-
samum gratie tamquam in uase fragili propter con-
bilitatem liberi arbitrii. habens & tunicam
castitatis in corpore si ad spectacula mulierum sit
ausus accedere & uas suum ictibus lapidum
exponere ¶ Narrat sigbertus in suis cro-
nicis. Quod ebruinus quidam cum vxore sua ad
Iohannem anachoritam accedens ipsum ut se
uidendum vxori sue multum desolanti preberet
rogauit. Ille autem hoc respuit. et adiecit.
vade quia in domo tua ac nocte me uidebis.
Nocte illa apparuit mulieri & ait. Desiderio
tuo parens o mulier ad te ueni. Sed te

admoneo ut cum faciem corporalem eorum dei
sed gesta uelis pro spiritu contemplari. Quantum
ergo nos debiles timere possumus cum audimus
quod sancti adeo mulierum uitabant aspectus. Exemplum
de Dauid et Bersabee ¶ Mulier autem non
capit virum per oculos sed et per omnes sensus et
primo per auditum ¶ Sicut enim sirene cantu
suo naues alliciunt. illectis sopore & occidunt
sic mulier cantu suo hominem attrahit & in pec-
cato dormire facit & sic spiritualiter ipsum in-
terficit ¶ Ut ferunt fabule. domina quedam
vaccam dilectissimam habuit quam pastori
cuidam commisit. Pastor ille argus nomine
centum oculos fertur habuisse. iuxta illud poe-
te. Centum luminibus argus cinctus erat.
hic autem uolens uaccam diligentissime custo-
dire binos tantum oculos dormire sinebat
ceteris uigilantibus interim ¶ Quidam autem ca-
piens habere uaccam illam filium suum nomine mer-
curium misit ei cum musico instrumento. Qui
cum uenisset cepit argo hystrionico more
fabulas dicere & plerumque cantare & tamen diu non
cessauit donec duo oculi argi ceperunt dormire
deinde ad cantum illius iterum duo alii obdormi-
erunt. & sic deinceps donec sompnum ceperunt
vniuersi ¶ Quod cernens mercurius caput ar-
gi primus amputauit & uaccam rapuit &
ad patrem adduxit & ei retulit qualiter per emp-
tus & blandimentis argum seduxit ¶ Argus
ille centum habens oculos prudentem figurat virum
& undique circumspectum. Cui tamen timendum est ne
si cantus audiat mulierum circumspectus suus
cadat vigilancia et dormiente ipsius pru-
dencia spirituali pereat. & animam quam diligenter
seruare debuerat per peccatum amittit ¶ Secundo
mulier uirum capit per uisum quia ex uisu na-
scitur cogitacio. Ex cogitacione delectacio. ex
delectacione consensus ex consensu opus ex opere
consuetudo. ex consuetudine necessitas. ex ne-
cessitate desperatio. ex desperatione mors eter-
na ¶ Nota primo igitur inceptio est a uisu. Ti-
gris enim cum cernit speculum in uia a uena-
toribus ex industria positum delectata pulchri-
tudine speculi sistit gradum & obliuiscitur catu-
lorum suorum ¶ Per speculum lucidum intellige corpus
mulieris ornatum. quod cum stultus aliquis respi-
cit spiritualem aliquem gradum sistit & celestia que debe-
ret insequi obliuioni tradit ¶ Tercio ca-

pit mulier hominem per olfactum. Dicit enim pan
thera ut dicit plinius cuius odoris fragrancia
certa attrahit animalia que postquam suavita
tis sue odorem senciunt ipsam comitantur
eam usque ad mortem. Sic et plerumque fatui quo
rum variis odoribus illectum currunt post odorem
huiusmodi mulierum. ¶ Quarto capit mulier
hominem per tactum id est opus nepharium perpetrando
et inficiatur tunc miser homo exemplo unicornis
qui sic capitur. Virgo namque puella decenter
ornata in silva ponitur que venienti unicor
ni sinum aperit in quo ille omni ferocitate
postposita caput inclinat quem sopitum
venatores capiunt et occidunt. ¶ Sic samp
son obdormiens in sinu dalide oculos perdidit
et postea morte maritur. Iud. xvij. Aspectus
siquidem corporis aufert medium oculos hominis
unde gregorius Sit recto retribucionis iudicio ut qui
exteriori negligenter utitur interiori oculo
iuste puniretur. ¶ Dicit eciam Eusebius
in cronicis quod Sargana meretrix per eximi
am pulchritudinem suam inspectantes suos me
cias reddebat in opes ut eos vertere puta
retur in lapides. ¶ Corvus inveniens animal
mortuum primo eruit sibi oculum deinde extra
hit cerebrum. Sic mulier aufert homini sensum
et reddit eum fatuum. Sic ait Solinus inter
admirabilibus mundi. Hic est modus tygrides
capiendas. Nam cum habeant ingenium emu
landi diu gestus venancium effigiari ap
petunt facto in silva a venatoribus mendo
se factum vident. Et cum cetera oculi sublimi
ti sunt. Proprium est ceteris capi. ¶ Sic et mulier
impudica oculos suos linit et ad hoc ut
capiatur ab hominibus se disponit. Unde cum fa
ciem exteriorem clarificat interiorem obfuscat.
Ier. iiij. Cum pinxeris stibio oculos tuos
frustra componeris. ¶ Quedam meretrix
cum ex morbo unum perdidisset oculum et ei sa
cerdos diceret quod illud digne ei propter peccatum
suum dei iudicio accidisset respondit magis esse
contentam uno oculo quam uno viro vir
Nota femina propter suam incontinenciam uno ocu
lo orbatam in corpore sed duobus in mente
¶ Inmenensa quedam plati fuit hec mo
ta questio quod membrum suspiciosius esset in
homine communiter loquendo. Et responsum fuit
ab hominibus quod venter. Unde illud Eccl. xi. Dis

labor hominis in ore eius. Interrogatus autem quidam
philosophus qui cum ab aliis disceberetur quid ipse
super hoc sentiret. Dico inquit quod oculi plu
ribus constant quam membrum aliquod humani corporis
Nulla res sunt que divitibus nimios affe
runt sumptus scilicet preciositas vestium librorum edifi
ciorum equorum ciborum et vasorum argenteorum
sive aureorum. Superfluitas illa nichil ad aliud
est nisi ut pascat oculos proprios et quod miserabilius
est alienos. ¶ Plus hominem pascunt oculi quam
fercula ventrem. Plus honor obsequium quam labor
ipse facit. ¶ Narrat helynandus quod rex an
glie dum moveret novas caligas mane
quesivit a cubiculario suo quanto cent empte
pro eo. Cui cum respondisset tribus solidis indigna
tus. Fili ait meretricis quare habet rex caligas
tam exiles precii. Vade et exporte centum solidos et affer in
emptas marca argenti. Ivit ille et attu
lit multo meliores et quam ut precepat emp
tas fuisse confinxit. Iste inquit conveniunt regie
maiestati in quibus oculi hominum sic intenti.
Iste ut alienos pasceret oculos denarios com
mutavit in solidos. Tanta est oculorum supra
sitas ut Salomon de se dicit Eccl. ij. Omnia
que desideraverunt oculi mei non negavi eis.
Et alibi. Oculi hominum insaciabiles. Pro.
xxvij. et Eccl. xiiij. Insaciabilis est oculus cupi
di. Idem Nequius oculo quid creatum est. ¶
Quia sumptuosa et dampnosa sit curiositas ocu
lorum testificantur non solum divina testimonia scrip
turarum immo et fabule poetarum. Unde fulgen
tius libro iij. mythologiarum qui sic dicit curiosi
tas oculorum semper per criminalia periculorum discrimi
na novit suis amatoribus parturire. ¶ Cum
Accteon venator dyanam lavantem curiosita
te quadam oculorum inde voluit et meruit
conversus non agnitus a canibus suis ab eis
legitur esse devoratus. ¶ Thobias amisso ocu
lorum lumine legitur deo gracias egisse. Tho. ij.
¶ Et legitur de petro monoculo abbate cla
revallis quod cum morbo alterum oculum perdidisset
iocando solebat viris dei dicere unum se contra
hostibus evasisse et se plus a cetero quam aper
dico formidare. ¶ Legitur libro vj. hystorie tripar
tite. Dum iulianus apostata apud Constantino
polim ydolis immolaret Maris episcopus Calcedo
nie ad eum accessit et eum publice impium
apostatam Iulianus non solam ei cecitatem

inparauit. Erat enim senex et pre debilitate
oculorum manu alterius agebatur. Et addidit im
pius Iulianus. Neque Galileus deus tuus
curare te potest. Respondens vero clarus episcopus
dixit Ego magis deo meo gratias ago quod hoc est
ideo gestum ne te videam pietate nudatum ¶
Narrat Sigebertus in cronicis quod sanctus an
dronianus Treverensis episcopus plenio cecus
factus. cum in translacione sancti Medardi visum re
cepisset divinitus dolens quod cecitatem quam domi
nus reputaverat. amisisset. oracionibus obtinuit
ut iterum cecus esset. et sic cecus exterius
illuminatus est intrinsecus. dicens. Ad te levavi o
culos meos. Sepe enim contingit ut cum lumine
corporalium oculorum amittitur. spiritualium vigoratur
¶ Legitur iiii. li. tripertite. quod cum Didimus a
pueritia cecus. Gramaticam Dyalecticam Rethoricam
Arismeticam Geometriam et musicam novum
ac vetus testamentum. sic perfecte cognovit
quod multos. li. edidit, et de trinitate tres libros
fecit Quem videns Anthonius. ait ei Non
te conturbet o Didime amissio sensibilium o
culorum. Tales enim tibi oculi desunt. quibus
musce et pulices videre possunt. Sed gaude po
cius quia habes oculos quibus et angeli cerni
tur per quos et deus videtur et eius lumine inspi
citur. Hinc est legitur quosdam mundi philosophos
oculos effodisse ut totam cogitacionem ad mentis
cogerent puritatem. Sicut dicit Ieronimus contra
Iovinianum **Visio completur per septem**

Ad hoc ut fiat visio completa ista sunt
septem necessaria. scilicet ¶ Debita disposicio
organi ¶ Presencia obiecti ¶ Proporcio dis
tancie ¶ Soliditas rei vise ¶ Attencio po
tencie ¶ Mora temporis medium illustrantis
¶ Debitam autem disposicionem. auferunt tria.
scilicet tumor seu preeminencia superbie. pulvis
avaricie. humor contextus luxurie. Propter primum
dicit philosophus. xx. de animalibus. quod oculus emi
nens est visu debilis. et prominens est boni
visus. Modo consimili est de homine humili.
Nam sicut oculos profundos habentes magis
vident distancia. et est subtilia et minuta quam
habentes oculos tumidos. sic et humiles clarius
vident subtilia quam superbi. Proverbiorum. xi. Ubi humilitas
ibi et sapiencia. Ideo dixit dominus. Mathei xi. Con
fiteor tibi pater et domine etc. Nunquam enim par
vulis a domino revelantur que a sapientibus

absconduntur. Anaus(?) signum per pueros Samarie
fuit nunciata. et asina Balaam revocavit
a via illicita. Bernardus. De gradibus humilitatis. Ia
cob de scala monstratur. nisi dominus innixus appa
ruit. quid nobis innuit. nisi quod in hac humilita
tis consistit cognicio veritatis. Ysidorus. Veri
tas mente fugit. quia humilem non invenit
Et Valerius maximus de Socrate. Qui dum
ad discendum pauperem se credidit ad docendum
se locupletissimum fecit. Nota hic quod scolaris debet
perficere multa que est quod humilitati studeat. Unde per
qui ad dominum iudicium post negocium nos
trum vacui redimus · Qui pastoris nomen
habuimus z oues quas ex nutrimento dilectionis
ostendere non habemus? Hic pastores uocati su
mus z ibi gregem non ducimus Oculus me

Quinto oculus · vbus dolentibus lacrimatur
Quecumque membris dolentibus · i. compaciens
lacrimatur · Sic z prelatus in spectus subditorum
miserijs compassione debet in lacrimas compassio
nis exemplo Ier. dicentis Trenorum · xiij ·
plorans plorauit z educ oculi · in lacrimas · quia captus
est et cetera. ¶ Talis erat Iob ¶ Flebam quon
dam super eo qui affl. est z a. m. p. compa. pau.
¶ Debent igitur prelati flere cum flentibus
z per compassionem infirmari cum infirmantibus
exemplo pauli qui dicit · Cor · xi · Quis
infirmatur et cetera. Natura pellicani est quod cum vi
det pullos suos recapit in ore su
um donec eos perduxit in locum securum ¶
Sic prelatus videns subditum in periculo con
stitutum debet ipsum in ore recipere per sermonem
salutiferam et exhortacionem z intra cordis vi
scera per compassionem exemplo pauli qui dicit
Phylipp · i · Testis est michi deus quomodo
cupiam vos · om · in visceribus iesu christi · Nar
rat valerius maximus li^o · v · Cum codrus
rex atheniensium et corintenses pugnaret super
euentum belli consuluit apollinis oraculum
Cui responsum est quod pars sua aliter non vinceret

oculus dolentibus lacrimatur

nisi ipse hostili gladio interiret. Quod quidam
in notuit castris atheniensium et aduerse parti
dorensium. Tunc athenienses regis custodiam
militibus commiserunt. Dorenses vero ne eius
corpus codri lederet edixerunt. Quod postquam co
drus agnovit mutato regis habitu fami
liarem cultum induit et pugnancium hostium
cuneos penetravit et unus ex militibus quem
falce percussit eciam ipsum repercuciens interfecit.
¶ Quantum exempli iste de flemisset [illegible] qui ob
hanc causam gladium super se desiderauit hosti
lem. ¶ Erubescant igitur prelati moderni qui
exemplo istius non se opponunt murum pro do
mo domini. Quorum oculi sic aruerunt quod non peni
tus compacientes populo lacrimas unicas e
miserunt. Verificatur hodie illa ewangelica
parabola que dicitur Luc. x. Quod uiso sauciato
preterierunt sacerdos et leuita. Quia multi
tam de maioribus quam de minoribus prelatis quod non com
paciuntur eciam spiritualiter sauciatis cum tamen
ad eorum spectet officium ut more medicorum spi
ritualem saluti intendere animarum. Nam ut
ait Gregorius. Cum causa uel cura elaus pericul su
scipit qui ad egrotum medicus accedit. ¶ Sed sic
ait Bernardus ad Eugenium in persona loquens prelato
rum. Cotidianas expensas cotidiano repetimus
scrutinio et continua gregis dominici detrimen
ta nescimus. De precio escarum uel de numero panum cot
tidiana cum prepositis discussio est. Rara admo
dum cum ministris collacio celebratur de peccatis
populorum. Cadit asina et est qui sublevet, cadit
uel perit anima et non est qui curet. Uni
quisque ait ¶ Non curant curas sed curas non
uera sed cera. Non equum sed equum, non mores
sed opes. Quod uerum et miserabile est quod dolent de
amissione pannie et non anime. ¶ Questio
fuit aliquando cur oua strucionum suspenderentur
in ecclesia et qui sint homines qui plura dicant
mendacia. Prima questio soluta fuit hoc
modo. Oua strucionis ideo in ecclesia suspenduntur
et prelatorum oculis proponuntur ne strucionem qui
ad filiorum in curia duratur imitentur. De stru
cione namque dicitur Job. xxxix. Duratur ad fi
lios quasi non sint sui. ¶ Sed ad secundum sic fuit
responsum. Sacerdotes et clerici pre ceteris hominibus frequ
encius menciuntur et sollempnius. Nam cotidie
clamant coram omnibus. Defectio tenuit me
pro peccatoribus. Oculus pylos habet in palpebris

Sexto oculus pylos habet in palpebris
quorum quantitas non augetur processu temporis.
Per pylos qui exterius adherent significa
tur temporalia que adiciuntur nobis. ¶ In hoc
ergo quod pyli qui in oculorum palpebris non cres
cunt pro processu etatis sed secundum quantitatem naturalem quan
titatis informantur ecclesiastici oculi scilicet prelati
ne temporalia sibi multiplicent sed de medio contentus
sint contenti. Ipsi enim regi terreno precipitur admodum.
Deut. xvii. Nec habeat argenti et auri imme
sa pondera. Quanto magis hoc indicitur prelatis
qui tantum sunt dispensatores ecclesiastice facul
tatis. ¶ Sed hodie in prelatis et clericis multum
creuerunt et multiplicati sunt isti pyli quod facti
sunt ex omni parte pylosi ut iam uere sit imple
tum quod olim de babylone predictum fuit Ys. xiii.
habitabunt struciones ibi et pylosi saltabunt
ibi. Per strucionem qui pennas habet sed mole
corporis grauatus in altum uolare non ualet si
gnificantur ypocrite qui bonorum uitam exterius i
mitantur sed actiuis ecclesie pro desiderium nunquam
se eleuant. ¶ Pylosi non sunt homines diuiciis in
uoluti et isti dicuntur saltare in babylone id est ec
clesia in qua fere omnia confusa quia ex temporali o
pulencia surgit mediocri lasciuia. Deut. xxxii.
Incrassatus dilatatus est et cetera. ¶ Diuites eciam
pylosis idem propheta alibi dicit. Pylosus cla
mabit alter ad alterum. ¶ Hodie namque vi
demus in ecclesia quod pylosus pylosum uocat quia di
ues diuitem inuitat. Cum tamen dicatur Luc. xiv.
Cum facis prandium aut cenam noli uocare diui
tes sed uoca pauperes. Oculi macula magna
Septimo magna in oculo repu reputatur
tur macula que in ceteris membris modi
ca censetur. Sic et idem peccatum maius est in prel
lato quam in subdito et in sacerdote quam in layco.
Sicut et macula plus ledit oculum quam pedem uel
manum ut merito sit tanta differencia inter prelati
et subditi sacerdotis et layci peccata quan
ta inter festucam et trabem. Unde Math. Quid
autem uides festucam in oculo fratris et trabem in oculo tuo non
uides. ¶ Sicut et locus sacer in quo delinquitur
peccatum aggrauat sic et gradus et dignitas ex
aggerat. Unde Juuenalis. Omne animi vici
um tanto conspectius in se crimen habet quanto
qui peccat maior habetur. ¶ Unde rei figura
Moyses qui de animalibus mundis tractabat per
que homines designabat circa inmundicia ani

oculus pylos habet in palpebris

oculi macula magna reputatur

um diligencior fiut. Nam plures aues i
mudas quam pisces uel bestias numerauit
ut patet in deut. xiiij. In mudicia auiu
designat pri mudiciam clericorum. bestiarum aut
et piscium laycorum. Sic et ceteris paribus pctm
idem comissum a sacerdote seu clerico grauiu
us quam a layco comissum. ¶ Sicut enim sacer
dos bonus melioris est condicionis quam layc
sic malus peioris. Nam si sacerdos malus
est officium ad quod pertinet. absque pcto exercere
non potest. quod tamen potest laycus et malus.
Sicut enim bonus sacerdos uocatur angelus. Si
cut dicit malach. Labia sacerdotis. c. sci et le. r.
ex ore e. q. an. et c. Sic et sacerdos malus uo
cari potest angelus malus. i. dyabolus. Nam
sicut dyabolus peccat in omni tempore suo licet ceterum
inse bono aut ut credit do alkadoniu dicens
dicitur dcorpe obsesso quia hoc totum facit cum mur
mure et animo malo. Sic et sacerdos malus
peccat bonum agendo. s. missam celebrando et sacra
menta ministrando. Quia sacerdos impetus
celebrans iniuriatur toti trinitati. ¶ Iniuria na
que patris est. quod filius eius conculcatur. qui muste
rium redempcionis in ministerium cupiditatis
conuertitur. qui missam pro oblacione celebratur. et
dicit filius non pro triginta argenteis sed pro ebus
denariis uenditur. Iniuria filii est quod sanguis
eius. q. polluitur cum in mundis manibus contrec
tatur. Quomodo enim potest bybere calicem dni et de
moniorum. Qui si digne sumeres terreretur dyabolus
cum tua uidet labia sanguine xpi rubricata
¶ Iniuria sci spiritus est quod grauiter contempnitur quia
dator gratiarum in hoc sacramento plene effundet
si cor tuum mundum receptaculum parares. q. bn.
ait. Sicut balsamum est et purissimum et solidis
simum uas requirit ¶ Porro cum sic offendat
sacerdos periculosius est currere super equum quam
super solum. sic grauius peccat platus quam sub
ditus ¶ Vnde hely sacerdos de sella corruens le
gitur exspirasse / et iterum cum subditi qui a collo de
pendant plati. si cecidit sequitur ut etiam
subditi cum labente labantur. Vnde ys. iij. Prin
ceps noster esto ruina autem hec sub manu tua
¶ Sicut enim uidemus in nauigantibus si nau
ta in remigando deficit modicum infert re
migis lesionem. Si uero nauclerus in gub
nando deficit fert naui subuersionem. Sic
pctm plati magis nociuum est qui alios d

bet regere quam priuate persone cuiuslibet. Et rex in
sipiens perdet ppl'm. Et io de rege dicitur deut.
xxvij. Non reducet ppl'm in egyptum equitatus
numero subleuatus ¶ Diligenter enim cauen
dum est omni indignitate constituto / ne exemplo
eius comissus sibi ppl's corrumpatur et qui debu
it eum producere ad supnam ierusalem ducat eum in
tenebras et merorem ¶ Platus siquidem de
omnibus tenetur et omnium auctor esse uidetur.
quia cum peccata subditorum possit corrigere / eorum merito
particeps est quos noluit emendare ¶ Vnde ual
de debent plati timere. audientes quod postquam
isrl' cum madianitis fornicando deum prouoca
uit. Iratus dns ad moysen dixit. Nu. xxv.
Tolle cunctos principes ppli et suspende eos in
patibulis contra solem. ut auertatur furor meus
ab isrl'. Peccasse quidem ppl's legitur et forni
cacio principum nusquam exprimitur. et tamen suspen
duntur. et in eorum pena placatur dns dicit / eo
quod exnegligencia platorum sepissime excessus
proueniunt subditorum ¶ Patet ergo quod peccati
macula magis nocet cum oclus ecclie. i. pla
tus inficitur quam cum membrum aliud. i. priuata per
sona polluitur. Et ideo sapiens auctor nature
prouidit ut in sole non esset macula. sic cum
uidemus in luna. Nam per bn. siluestrum sol
est oculus mundi quem omnibus astris preminet
et celum uendicat esse suum ¶ Sic enim sol ra
diis suis cuncta illustrat. Sic platus q. al
ter sol omnibus preminens singulorum iniura con
spicere debet et instar solis uariis exemplis
cum quibusdam radiis debet lutum. i. fluidum
pluxiam desiccare. et congelatum perueruicatis
in largitate et in misericordia in pietatem
dissoluere ¶ Raro enim uel nunquam in scriptura
sepius de obscuracione solis fit mencio quin
statim sequatur lune et stellarum obtenebraci
o. ys. xiij. Obtenebratus est sol in ortu suo et
luna non splendebat in lumine suo. Iohel. ij.
Sol conuertetur in tenebras et lu. in san. In quo
datur spuali intelligi quod plato peccante sequitur
ut peccent subditi. exemplo illius ad pctm in
ducti. Qualiter debet homo respicere

Hec quatuor debet homo sepissime respi
cere. s. fedicatem iniquitatis sue ¶ Calami
tatem aliene miserie ¶ Vtilitatem pene presentis
¶ Remuneracionem uite beate / ut sic sit oculatus ex
omni parte. instar animalium que Ioh vidit. Apoc.

Qualiter debet homo respicere

iiii. Animalia plena erant oculis ante et retro et singula eorum in circuitu et intus plena sunt oculis. ¶ Dextro enim oculo debet homo inspicere penam, sinistro supplicia, posteriori proximorum et miseriorum que amundo delectorum miseriarum. Anteriori propriam culpam. ps. Delictum meum contra me est semper. ¶ Hujus rei figura dictum est moysi Deut. iii. Ascende montem Fasge, et oculos tuos circumfer ad orientem et occidentem ad aquilonem et austrum. ¶ Per orientem eterna penam que sequuntur mortem quasi nova. ¶ Per occidentem eterna pena in qua occidet temporalis leticia. ¶ Per austrum feruor peccati. Per aquilonem miseria proximi. ¶ Debet igitur unusquisque magister oculatus esse, ut non solum aspiciat presentia, verum et diligenter consideret et futura. ¶ Unde Boecius de consolacione. Non quod ante oculos est sufficit intueri, rerum exitus prudencia metitur. Hec prudencia maxime decens est in philosophie et plato unde aristoteles in libro de secretis secretorum dixit alexandro. Omnibus prudens previdendo que possunt contingere. Nam cum evenerint sciunt homines quod oculi cum pace vident et propterea tua laudabunt sapientiam et cavebunt regiam offendere maiestatem. Inspicienda est culpa propria.

Primo aspicienda est propria culpa. unde propheta dicit Jer. iii. Leva in directum oculos tuos et vide ubi prostrata sis. ¶ Viator siquidem si oculos levaverit et viam in mundam maculatam et distortam viderit revertens abea divertit. ¶ Via autem peccatorum in mundo est propter feditatem luxurie periculosa propter foveas avaricie distorta propter elacionem superbie. ¶ Et ideo scitum est attendi via retrorsum abire. Et paulo ante premiserat propheta dicto et vide quoniam malum et amarum est te dere. d. d. t. ¶ Debet enim homo scire per peccatorum recordacionem quam malum sibi propter gravitatem spoliacionis et amarum propter conscientie lesionem, se dereliquisse deum qui eum creavit cum non erat, dominum qui eum possedit cum iam erat, suum qui eum redemit cum perierat. ¶ Debet ergo homo culpam suam respicere ad detestandum non ad delectandum. Aliquas peccatum per solam recordacionem inficiat. Animi signum uxor loth incurrit quam sodomam de qua exierat retrorsum visa respexit. Gen. xix. Et ideo dicit aug. O homo si te vide

res tibi displiceres et michi placeres. Sed quia aut quia te non vides tibi places et michi displices. Veniet tempus quod michi et tibi displicebis. michi cum iudicaberis tibi cum ardebis. ¶ Sic autem peccatores non vident periculum sui status. nec mirum quia sunt excecati. iiii. Reg. vi. Percute gentem hanc cecitate et sequitur. ¶ Domine aperi oculos istorum ut videant. Aperuitque oculos illorum et viderunt se in medio samarie scilicet inter hostes. ¶ Sic peccator si oculos apertos haberet et in medio hostium id est demonum se videret. Dyabolus enim primo nititur hominem excecare ut non possit peccatum suum videre. Sic latro domum ingressus consuevit primo lumen extinguere. unde et antiochus templum ingressus legitur candelabrum luminis abstulisse. i. Mach. i. ¶ Sicut enim sampson a dalida deceptus a philisteis captus primo crinibus est nudatus. Secundo excecatus. Tercio funibus astrictus. ¶ Sic peccator deceptus a carne captus a demone primo virtutibus spoliatur. Secundo oculis intelligibilibus excecatur. Tercio funibus peccatorum astringitur. Et sicut ursus excecatus pellius claritate coram domino suo ludit. ¶ Sic et peccator excecatus apparenti delectatione coram demonibus in peccato lascivit. unde legitur Jud. xvi. quod postquam philistei excecaverunt sampsonem preceperunt ut coram eis luderet. Et sic rex babylonis filios sedechie in oculis eius interfecit et ipsi oculos eruit. Sic et rex confusionis dyabolus bona opera per peccatum mortificat et peccatore spiritualiter excecat. quia postquam homo cessavit a bonis operibus lumen gratie ei subtrahitur et penitus excecatur. Pro tanto autem peccatores excecati sunt quia discrecionis iudicium amiserunt. significati per sodomitas qui prout dicitur Gen. xix. percussi cecitate hostium loth non poterant invenire. Loth enim interpretatur declinans et ipsi a peccato nesciunt declinare. Inspicienda est miseria proximorum.

Secundo est inspicienda proximorum miseria. Eccli. iiii. Ne avertas oculos tuos a paupere. ¶ Sed proh pudor proh dolor sunt qui per dispensacionem in pauperem respiciunt. ¶ Alii vero qui a rebus inopie oculos avertunt et eorum miserias videre non possunt. Oculus enim qui est in lumine non videt eum qui est in tenebris. Sic et dives existens in luce prosperitatis non videt pauperem qui est in caligine adversitatis. ¶ Unde et

[Margin, left: Inspicienda / Inspicienda est culpa propria]
[Margin, right: Inspicienda est miseria / proximorum]

prouincia qui diu in tenebris carceris Joseph
afflictum nouit et socius eius fuit. Sed exaltatus
ad fulgorem prosperitatis ipsum amplius non
agnouit. Immo succedentibus prosperis oblitus est
interpretis sui. Gen. xl. ¶ Intellexi quod quedam
domina cum uideret pauperes tempore caristie her-
bas ad esum colligentes magno. Nonne
inquit possent comedere pistam cum lardo. Re-
spondit unus ex assistentibus. possent utique
quod si haberent. ¶ Oculus siquidem huius qui in
luce prosperitatis erat in imo pauperum in tene-
bris egestatis degencium inopiam non uidebat.
¶ Nam uenter plenus nescit quid patitur egenus.
Et sic uidemus quod qui diu in lumine fuit
si accedat ad egrum existentem in tenebris
non statim eum agnoscit nisi prius cum diu per-
manserit. Sic qui in prosperitatis lumine
iam agit eos qui sunt in tenebris aduersitatis
pietatis oculo non aspicit uel agnoscit nec eo-
rum miseretur donec eis per compassionem ceca-
uerit ut sic paciatur in mente sicut illi paci-
untur in corpore ¶ Hec figurata sunt Exo. iij.
ubi legitur quod Moyses uiso ubi uidet uisionem
magnam ait dominus Tolle. cal. de pe. t. q. dicat
hanc uisionem uidere non poteris nisi prius calciamen-
ta deposueris que postquam deposuit ad uidendum
uisionem quare rubus arderet et non combureretur
accessit ¶ Rubus ardens et incombustus est
pauper uel infirmus in paupertate et miseria
per impacienciam non fractus sed permanens per pa-
cienciam illibatus quod diuites rem admira-
bilem et magnam reputant uisionem hunc rubum
non ardere ¶ Non uidet oculo compassionis di-
ues stipatus diuiciis et nullus ad istius mo-
modis nisi prius soluit calciamenta pedis
ab offendiculis progenata i. carnis nutrimen-
ta quibus impeditur mentis affectus ne pro-
cedat ad opera pietatis ¶ Hinc est pincerna
de quo prius mencio facta est in carcere tamquam
discalciatus i. a deliciis segregatus bene
uidebat rubum qui ardebat et non combureba-
tur i. Joseph qui paciebatur sed per impacienciam
non ledebatur. Sed postquam prosperitatis calciamenta re-
sumpsit ulterius Joseph non cognouit ¶ Quis ui-
de hominem in pauperem liberalem et ab eorum ne-
cessitatibus nequaquam oculos auertentem. Respi-
ce beatum Job et audi quid loquitur uir iustus
et timens deum et re. a ma. Non dicit ad

me confluebunt hystriones adulatores lumi-
geruli uenatores et contentores. Non dicit
ursos alebam sed quid dicit. Humerus me- *et symeas et catu-* *los educebam*
us a iunctura sua cadat brachium meum cum
ossibus conteratur si negaui pauperi quod uolebant. Si oculos
uidue expectare feci. Si comedi buccellam
solus et non comedit pupillus ex ea. Et paulo
ante dicit. Oculus fui ceco et pes claudo.
pater eram pauperum et non predo ¶ Et ut
magis affluas pietatis uisceribus uide et
alium qui beatum Job imitatus oculos uidue
non fecit expectare ¶ Narratur in hystoriis
romanorum quod cum Traianus iturus ad bellum
iam ascendit equum quedam paupercula pedem
eius apprehendit et exclamauit et dixit. Domine
fac michi iudicium de eo qui interfecit filium
meum. Cui ille dixit. Ego cum rediero iusticiam
exhibebo. Et illa quid michi si non redieris. Et il-
le successor tibi satisfaciet. Cui illa. Tu michi
debitor es sed meritum non recipitur? Sed factus est
non reddere quod debetur. Successor tuus premiabitur
de liberali iusticia sine iudicio teque non liberabit
aliena iusticia ¶ Hiis uerbis Imperator motus
de equo descendit et totum exactum expectare fe-
cit et sedens pro tribunali de causa uidue dili-
gentissime inquisiuit et satisfaccione digna
eius iniuriam releuauit. Et ideo quod est dic-
tu mirabile deus eum oculo pietatis respi-
ciens precibus beati Gregorii a miseriis reuocauit.
Beati enim misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Iste cum
beato Job bene potuit dicere. Si oculos uidue ex-
pectare feci. Job xxxi. Et cor uidue consolatus sum. eo-
dem xxix. Inspicienda est iehennalis pena *Inspicienda est iehennalis pena*

Tercio inspicienda est Jehennalis pena.
Jeremias postquam ollam succensam uidit et
faciem eius a facie aquilonis et audierat di-
centem dominum ab aquilone pandetur omne malum. Jere.
i. Hortabatur postmodum oculos admouendum
idem Ierusalem. Jere. xiij. Leuate oculos et uide-
te qui uenerunt ab aquilone. Per aquilonem quod
est regio intemperatissima et a sole maxime
elongata congrue datur intelligi infernalis *pena*
in qua erit acerbitas et elongacio a sole iu-
sticie per carenciam uisionis diuine ¶ Hanc pe-
nam bene respiciebat qui dixit. Cum con-
sidero Job sedentem in sterquilinio Johannem e-
surientem in heremo Paulum occisum gla-
dio Petrum suspensum patibulo tunc cogito.

qd in futuro tempus faciat qui impunita sic af-
fligit quos amat ¶ Hic affectus utilis est
et ut culpa vitetur et ut pena presens facilis
reputetur. unde dicit ysidorus primo li° soliloquio-
rum. propone tibi adversus carnis ardores fu-
turi supplicii ignes memoria ardoris iehenne
ardorem excludit luxurie ¶ Videmus in digi-
tis est exustus qd applicatur ad ignem ut mi-
nor calor possit extrahi per maiorem. Ecc. vij.
Memorare novissima tua .i. inferni suppli-
cia ¶ Facit etiam hec meditatio ut pena repu-
tetur facillima. unde Ber. vigilias times et ie-
iunia manuumque labores hec levia flammas .i. sed
perpetuas meditanti. Consideratio siquidem iehe-
nalis pene facit mentis oculos aperire. Nam
secundum Gre. pena oculos aperit quos culpa clau-
dit ¶ Et non solum facit hoc cum fuit experta.
sicut in divite epulone qui elevans cum es-
set intor. vidit lazarum. a quo cum esset in delitiis
avertit oculos. Sed et si fuit consideratione oculo in-
specta. Sicut enim collirium clarificat oculum
sic consideratio penarum infernalium clarificat
animum. unde et Job. Cuius erat oculus ita va-
lidus ut deo diceret Nunc autem oculus meus
videt te. Job. xlij. qui collirio inunxerat o-
culos. ut videret. dicit enim Job. xvij. In ama-
ritudinibus moratur oculus. Collirium est ocu-
lo in edificationem. Illius ergo oculus moratur
in amaritudinibus qui diligenter considerat amaritu-
dinem iehennalis pene Et per hoc amissam recup-
at visionem. In signum huius Tobias felle li-
niatione visum legitur recepisse. Tob. xi. ¶ Et
mirum cum homines inferni supplicia non considerant
et non formidant. cum tamen demones hec
faciant ¶ Legitur enim in vitas patrum de
sancto quodam cum eum spiritus fornicationis graviter
temptaret. oravit dominum ut spiritus idem ei visi-
bilis appareret ¶ Tunc demon ei in humana specie
apparuit. Quo viso sanctus ait Quid tibi pro-
ficit qd me temptas. Hec est enim summa feli-
citas. Tu siquidem nosti qd cum aliquem in
peccatum precipitas penam tuam et persequentes penam
augetur. et nichilominus studium tuum tendit totali-
ter ad temptandum homines et precipitandum et hoc
est ad pene tue augmentum. Audit demon.
Scio inquit verum esse qd loqueris sed dicam
tibi causam temptationis. Scio enim quia quanto
plures peccare facio tanto diem iudicii

retardabo. Illam autem diem super omnia timeo
in qua diram illam sententiam me auditurum
expecto Ite maledicti in ignem eternum et cetera Et ut
fulminationem illius sententie saltem ad tempus
valeam retardare ad circo nitor homines sic temp-
tare. Inspicienda est vita beati

Quarto inspicienda est remuneratio sempi-
terna. unde Ier. xl. xxxiiij. Pauli tamen in-
debitum iherusalem opulentam. hec est civitas quam
describit beatus Aug. in li° meditationum dicens
Civitas celestis mansio secura. patria to-
tum continens qd delectat cuius incole quieti
plus sine murmure. Quam gloriosa dicta sunt de
te ci. dei. Sicut letantium omnium habitatio est
in te Ibi pax. pietas. bonitas. lux. virtus.
splendor. honestas. gaudium. letitie dulce-
do. vita perhennis. Gloria. laus. requies. amor
et concordia dulcis ¶ Quare ergo nos angit
vesania viciorum sitire absinthium huius mundi.
sequi naufragium turpe tyrannidis ferre
dominium. Et magis convolare ad angelorum soci-
etatem. sanctorum splendorem potentis regis honorem
superne glorie decorem ¶ Unde in celestibus oculis
in defixus esse deberet per meditationem et deside-
rium qd etiam humani corporis docet erecta figura
Et hoc est qd dicit poeta. Pronaque cum spectent
animalia cetera terram. Os homini sublime dedit
celumque videre Iussit et erectos ad sidera tollere
vultus ¶ Etiam hinc empidocles interrogatus
ad quid creatus esset. ait ut celum syderaque contem-
pler. Cuius est dicti beatus Silvestri meminit
dicens Querenti empidocles cur viveret in-
quit ut astra inspiciam et celum etheris illius
ero ¶ In vitas patrum legitur qd beatus arse-
nius cum moreretur a fratribus requisitus ut
prius quam migraret ad dominum eis relinqueret ver-
bum edificatorium et memoriale. dixit. Ubi ubi.
Quo dicto emisit spiritum. Post cuius vero tran-
situm solliciti fratres ut intelligerent verborum
sensum pro eorum expositione miserunt ad quen-
dam sanctum virum. qui respondit eis. hec est ver-
borum intelligentia ¶ Ubi vera fixa sunt corda.
ubi vera sunt gaudia ¶ Ad hanc inspectio-
nem hortabatur [struck] Jero. virginem Eustochium
dicens epistola lxxiiij. Egredere paulisper.
et presentis laboris incedam ante oculos
tuos depinge quam oculus non vidit ¶ Qua-
lis igitur erit dies illa cum maria mater domini

choreis occurret comitata virgineis cum
post mare rubrum submerso pharaone cum exer-
citu suo tenet tympanum psallendo canticum domino
glorioso etc. Tunc eadem ipse sponsus occurret et di-
cet Surge propera amica mea col. iii. fo. iii.
et veni. Tunc et angeli mirabuntur et dicent
Que est ista que progreditur quasi aurora etc. Vi-
debunt filie syon etc. Parata eadem cum nuptiis
obviam veniet anna cum iudeis. Pueri quoque
clamabunt osanna in excelsis. Quociens
te varia seculi ambicio occupat et delectat
quociens videris aliquid gloriosum sic ad paradi-
sum mentem tendendo. Quartum est delectabilis

Tria sunt que corporalis oculus videt
delectabiliter intuetur scilicet aque limpiditatem
florum et viridium venustatem speculi clari-
tatem. Unde versus Delectant oculum lympha speculum
viridumque. Per aquam ad presens intelligo virginem glo-
riosam. Per flores et viridia virginum agmina preceden-
tium dominum i. Christum. Beata siquidem virgo dicitur
fons ortorum puteus aquarum viventium Cant.
iiij. Nam sicut aqua communis est omnibus sic et
virgo benedicta iustis et peccatoribus. Unde Bernardus Ma-
ria omnibus omnia facta est ut de plenitudine eius
accipiant universi. Eger curacionem captivus re-
demptionem reus veniam iustus gratiam ange-
lus leticiam filius dei humane carnis materiam
Denique tota trinitas gloriam ut non sit qui
se abscondat a calore eius. Et augustinus in me-
ditacionibus dicit O domina ad te venit et te lau-
dat concio tota celestium militum. Ad te fugit
territa turba reorum. Utinam cor meum in amo-
re tuo langweat anima liquefiat caro
deficiat. Summum enim post deum gaudium est
te intueri in tuis laudibus delectari. Propter
hoc instar aque ipsa omnibus se exponens di-
cit Transite ad me omnes etc. Ecc. xxiiij.
Ac si diceret illud ys. lv. Omnes sicientes
venite ad aquas. Sed maleficii (?) huius aque
omnis delectantur designant oculi anime tem-
pore illud Cant. v. Oculi tui sicut columbe
super rivos aquarum et resident iuxta fluen-
ta plenissima. Et non mirum si delectabilis est
ipsius aspectus in pulchritudine candoris
ammirabitur oculus ut dicitur Ecc. xliii. Hec
est enim hester regina de qua dicitur Hester. Erat
formosa valde et incredibili pulchritudine
omnium oculis graciosa. Unde et ante sole velut ad

quos studium vacando dicit ei Cant. vi. Re-
vertere revertere sunamitis ut intueamur te.

Fuit quidam — Exemplum de domina nostra
clericus et virgini devotissimus qui di-
ligenter adtendens quod scribitur Cant. iiij. Tota
pulchra es amica mea etc. audiens quod hec
omnia intelliguntur et exponuntur de gloriosa vir-
gine maria. Rogabat eam devotissime
ut se dignaretur ei ostendere beatum se reputans
si eam tam speciosam semel posset aspicere.
Post multa venit ad eum angelus ex parte vir-
ginis destinatus et salutando clericum dixit
ei Domina mea exaudivit oracionem tuam et
mandat tibi tali die et hora ad te veniet
et videbis eam. Sed scias hominem minus esse suffi-
ciens ut post aspectum tam tante speciositatis as-
picere possint et decorem omnium excellentium postea vide-
ant aliquid terrenum et caducum. Non curo inquit si
decetero cecus fuero exquo eam semel fuero
contemplatus. Cumque abiisset angelus cepit il-
le excogitare utrum esset sollicitus et cogita-
bat quod videlicet postquam oculos amitteret de-
cetero scribendo non possum lucrari panem meum
sed oportebit me esse mendicum et amittam omne
solacium et preter dicam cum Tob. Quale est michi
gaudium qui in tenebris sedeo et lumen celi non video. Tan-
dem cogitavit et dixit quando beata virgo venerit
unum oculum claudendo aperiam et alium claudam
et sic tantum unum amittam et cum michi unus
remanserit unus michi bene sufficiat. Assigna-
ta autem hora venit gloriosa virgo ipsi apparuit
et tanta pulchritudine et claritate apparuit
que non exprimi nec cogitari potest. Cumque
manum supposuisset alteri oculo ut eam cum illo
cerneret virgo gloriosa disparuit et eam ulterius vi-
dere non potuit. Tunc ille uno orbatus ocu-
lo scilicet quo eam viderat scilicet altero salvo se ipsum acri-
ter arguebat et mestus nimium cum lacrimis
hec dicebat. Heu miser quare unum oculum
clausi quare ambos non apperui utinam totus fuis-
sem oculatus ut eam viderem plenius.
Cumque diu iterum virginem orasset ut se iterato si-
bi ostenderet ut residuo salvo oculo eam videret
desiderans utroque privari oculo ut eam posset ite-
rum contemplari. Missus igitur angelus dixit ei Man-
dat tibi domina mea tuus sum nuncius. Dimitte (?)
quod petis amplius. Cui ille. Utique domine eam si
mille habere oculos optarem parere precio du... (?)

modo possem eam p[er]fecte ui[dere] tu[n]c angel[us]
Etiam ipsa clementissima d[omi]na mandat t[ibi]
q[uo]d eam uidebis iteru[m] et sep[iu]s nequa[quam]
p[er]des in mo[do] ea[m] p[re]dicari recitabis ¶ Q[ui]d n[on]
multo post t[em]p[u]s fuit. Precator atq[ue] virgo
clementissima apparuit ei et sibi uidenda[m]
et contemplanda[m] exhibuit et alteru[m] oculu[m]
ei restituit ¶ Ex quo possim[us] aliq[ua]l[ite]r modo p[er]
pendere q[ua]nta sit pulchritudo virginis glo
rie et q[uo]d delectabile e[st] eam oculo mentis
uidere. vn[de] aug[ustinus]. Pulch[ri]or est patria ad i[n]
tuendu[m] amabilis. ad amplexandu[m] delecta
bilis ad uidendu[m] Oculu[m] delectat floru[m] ue
nustas

oc[u]l[u]m d[e]lectat flor[um] venustas

Secundu[m] q[uo]d delectat oculu[m]
e[st] flor[um] uenustas Ecc[li]. x[l]. Gr[ati]am et spe
ciem desiderabit oculum et sup[er] h[ec] viri[des] sati[ones].
Eodem xxxix. Florete flores et frondete
in gr[ati]am ¶ Q[uonia]m s[an]c[t]i floruerunt intus s[ecundu]m
s[an]c[tu]m p[ro]positum et fronduerunt extra ideo sunt
grati oculo aduidendu[m] ¶ Delectat[ur] siq[ui]dem
oculus uiri multu[m] cu[m] cernit rosas mar
tiru[m] violas confessoru[m] et lylia virginu[m].
s[ecundu]m eu[n]de[m] plinium Rosa inter flores
tenet principatu[m] et ideo principibus p[ro] hono[re]
s[upe]r caput solet Rosis coronari ¶ Est enim
flos rose de coniu[n]ct[o] aspectu fraglans olfac
tu. suo namq[ue] colore reficit aspectu[m] et sua
fraglancia allicit odoratum proinde con
grue designat eminenciam martyru[m]. vn[de]
et Galathus sanguineas habens rosas fi
gurauit locum stephanum Ecc[li]. l. dicit[ur]
de Symone qui interp[re]tat[ur] obediens Quasi
arcus refulgens inter nebulas glorie
et q[uasi] f[los] ro[sarum] in di[ebus] veris. arcus enim celes
tis refulget in medio nubis et s[an]c[t]i mar
tyres rutilabant in mediis tormentis
¶ Et dicit[ur] esse inter medias nebulas glorie
q[uia] du[m] affligebant[ur] erant in celesti gl[or]ia
meditacione dominice passionis que fuit
tempore ueris ¶ Viola cu[m] ad p[ri]mu[m] uenit
caput inclinat et puritate[m] constancie re
compensat magnitudine coloris et fra
glancie. et ideo significat confessores q[ui] maxi
me fuerunt humiles. vn[de] vnus eoru[m] ait
Qui ceteras virtutes sine humilitate congre
gat q[uas]i puluerem in uentu[m] portat ¶ Flo
re uero lylii nichil e[st] gracio[s]ius in colore
redolencius in odore efficacius in virtute.

Dicit[ur] q[uasi] flos
Rosaru[m] in di
ebus veris
i[n] imitac[i]o[n]e

ut dicit plini[us]. h[abe]t e[n]i[m] lyliu[m] hoc p[ro]priu[m]
q[uo]d du[m] adhuc e[st] integru[m] et intactu[m] redolet
suauit[er] confractu[m] aut[em] u[e]l manib[us] confricatu[m] hor
ribilit[er] fetet ¶ Et congrue virginitate[m] signi
ficat. qua nichil fraglancius du[m] p[er]manet
illibata. fetet aut[em] deo et hominib[us] si fuit
p[er] impudiciciam violata ¶ S[an]c[t]i ergo qui in
uita floruerunt p[er] puritate[m] conuersacionis flo
rent nu[n]c in patria quo ad a[n]i[m]am p[er] adep
cione[m] felicitatis. ps. plantati in domo do
mi[ni]. in a[triis] dei n[ost]ri flo[rebunt]. Florebu[n]t tam[en] in corpe
p[er] dotem incorrupcionis. vn[de] ps. Florebu[n]t
de ciuitate sic[ut] fe[num] t[er]re i. ad similitudi
ne[m] herbe morientis in hyeme et renas
centis in estate. vn[de] videt[ur] sp[irit]ualit[er] e[ss]e cec[us]
qui no[n] delectant[ur] aspectus floru[m] viridiu[m]
aspectus t[am] delectabiliu[m] ¶ Et sic aspect[us]
floru[m] viridiu[m] aspectu[m] roborat. sic et vita
s[an]c[t]or[um] et gl[or]ia inuenciu[m] sp[irit]uale robur aug
mentat. vn[de] Greg[orius]. Si facta p[re]cedenciu[m] s[an]c[t]or[um]
recolim[us] no[n] erunt g[ra]uia que tollam[us]. As
piciam[us] ergo rosas paciencie martiru[m]
et excucientes ignauiam fructu[m] bonoru[m] operu[m]
p[ro]ducam[us]. Ad q[uo]d monet Ecc[li]. xxxix. Obau
dite me diuini fructus et q[uasi] rose planta
te sup[er] riuos aquaru[m] fructificate ¶ Aspi
ciam[us] violas humiliu[m] confessoru[m] et depone[n]
tes superbiam p[er] humilitatis redolenciam d[omi]no
placeam[us] ut possim[us] dicere illud Cant. i.
Cu[m] esset rex in accubitu suo et c[etera]. Nardus
e[st] humilis herba modica et aromatica et hu
militate[m] significat que adpluriMu[m] est
accepta ¶ Aspiciam[us] insup[er] lylia virginu[m]
ut abicientes i[m]mundicia[m]. munditia[m] indu
am[us] Ecc[li]. xxxix. Florete flores q[uasi] lyliu[m]
date odore[m] ¶ Qui uult ig[itur] oculos mentis
reficere debet eos ad s[an]c[t]os leuare et cu[m] ps[almista]
dicere Leuaui oculos meos in mon[tes]. Circu[m]
spiciat si[mi]lit[er] in monte martiru[m] pascua
paciencie. In monte confessoru[m] pascua hu[mi]
litatis et obediencie. In monte virginu[m].
pascua pudicicie ¶ Propter iam dicta
s[an]c[t]i congrue figurant[ur] p[er] virgas uirides
in p[ar]te decorticatas quas Jacob posuit
in canalib[us] ad quaru[m] aspectu[m] oues conceperu[n]t
uarios fetus ut l[egitur] Gen. xxx ¶ Vir
ge iste s[un]t s[an]c[t]i qui cu[m] ius gerent intra q[uo]
cu[m] possent erigebant ad celestia Dicit

tur. aut virides quia ad bonum operandum semper
erant recentes ¶ Dicitur etiam ex parte decor
ticate. quia eorum sanctitas non est nobis detecta
totaliter. sed ex parte. Multo enim plura latent
in intrinsecis quam appareant nobis extrinsecis.
Cant. iiii. absque eo quod intrinsecus latet. Hee
virge incarnationibus licet ponerentur in conspectu com
mendate. et quasi quibusdam canalibus fluunt
ad nos de sanctorum notitia. Horum autem consi
deratione debemus ante oculos habere ut imi
tando varios fetus bonorum operum possimus
concipere ¶ Postquam autem oculus mentis nostre
sanctorum vigorem perspexerit quem habuerint in via
debet elevari amplius ut delectetur ad in
tuendum et virorem quem ipsi iam contemplantur
in patria ¶ De quo Hugo li. iiii. de claustro
anime. viriditas paradisi quod est in medio
celestis claustri oculos superiorum civium re
creat et eos super sua novitate confortat ¶
In medio paradisi ponitur lignum vite et vita
sit in amenitate ¶ Cum illuc homo venit
quod petat ulterius non habebit. Tunc enim sile
bit iniquitas habundabit caritas. nec
umquam ibi deficiet. Ibi unusquisque omnia in
se habitem in se habet ¶ Nichil deesse poterit
cum deus sapientia omnibus omnia providebit ¶ Ibi
nullus in suo ordine deficiet cum nullus sapiens
ubi perfectus est ordo nature unusquisque leget

Delectatur in visione

Tercium oculus delectatur in visione speculi
Delectamentum oculi est aspectus speculi
Nullus enim de speculi demonstratione probatur quod
oculus naturaliter in speculo delectatur. Ubi enim tan
tummodo ipsum speculatur eo quod interno contactus
radium aggregantur et in superficie specularis cor
poris reflectitur ¶ Sic et contemplativus oculus
eternitatis speculo delectatur in se ipsum reflecti
non cessat et ex consideratione puritatis et mun
dicie quam in speculo illo conspexit conscientie macu
las incessanter purgat ¶ Hoc enim est specu
lum et exemplar de quo dicitur Exo. xxv. Inspi
ce et fac secundum exemplar quod tibi in monte
monstratum est. Et Ier. iii. dicitur. Leva oculos tuos in
directum. scilicet ad intuendum istud speculum et vide ubi
nunc prostrata sis ¶ Cum enim deus et anima sint
ad eandem ymaginem cum anima contemplatur puri
tatem dei. perpendit vilitatem suam ¶ Et ideo
Iob postquam hoc speculum respexit considerans se ipsum
arguebat dicens. Nunc oculus meus videt
te. id circo me ipsum reprehendo et ago penitentiam
in favilla et cinere. Dicitur autem vulgariter quod
turpis natura non libenter speculum intuetur. ne
de sua turpitudine inspecta tristetur ¶ Sic et
multi in suis peccatis et in immundiciis obstinati
non libenter speculum illud conspiciunt. sed ab eius
contuitu se avertunt. et ideo suas immundicias non
attendunt nec aufferunt. Unde Ier. ii. Verterunt ad
me tergum suum et non faciem. Et post pauca se
quitur. Quam vilis facta es nimis iterans vias
tuas ¶ Et quid mirum si vilis facta sit que speculum
ad suas maculas deprehendendas non aspicit. Et
ideo homines qui nec verbum dei libenter audiunt. nec
facta eius oculo mentis aspiciunt. in peccatis su
is tamquam iumenta in stercoribus suis computrescunt ¶
Quare speculum illud frequenter debemus aspicere
ut anime maculas possimus deprehendere et pur
gare. Ps. Respice in faciem Christi tui. In qua ta vi
sione huius speculi beatitudo consistit et hominis et an
geli. Apoc. xvii. Hec est vita eterna ut cognoscant
te etc. Et .i. Pet. i. In quem desiderant angeli prospicere ¶
Nec mirum quod illud speculum est purissimum
Est enim candor lucis eterne et speculum sine macu
la. Sap. vii. Est enim omni representativum. Greg.
Quid est quod non videant qui videntem omnia
vident ¶ Et ideo beati in patria speculatores facti
illius ymaginis deum laudant perpetuali specula
cione. Ysa. lii. Vox speculatorum tuorum levave
runt vocem simul laudabunt quia oculo ad oculum
videbunt Intuitus oculi septuplex

Intuitus oculi est septuplex

Dicit Iohannes Apoc. v. Vidi et ecce in me
dio throni agnum stantem tamquam occisum
habentem cornua septem et oculos vii. ¶ Per
agnum occisum intelligimus dominum Iesum Christum in
nocentissimum et mansuetum pro nobis in cruce ara
immolatum ¶ Per septem oculos agni intelli
guntur septem proprietates respectus divini ¶ Di
vinus enim oculus est omnium inspectivus.
Timoris incussivus. Lacrimarum eductivus
Operationis strenue promotivus. Spiritualis
fortitudinis collativus. Infirmitatis sanati
vus. Ad regnum glorie productivus ¶ Primo
igitur oculus dei est omnium respectivus. Hebr. Omnia
nuda et aperta sunt oculis eius ¶ Narrat Pe
trus Damianus de barbitonsore qui sibi
familiaris fuit non quod accidit de hoc ¶ Oculi
siquidem domini multo lucidiores super solem cir
cumspicientes vias hominum in absconditas partes

¶ Tercio diuinus oculus est timoris incussi-
uus et per hoc a peccati perpetracione retra-
himus. Fur enim non auderet furari si sci-
ret iudicem se uidere. Prouerbiorum xx. Rex qui
sedet in solio iudicii dissipat omne malum
intuitu suo. Et Amos ix. Ecce oculi domini
super regnum peccatoris et conteram illud a fa-
cie terre. ¶ Nullus auderet fornicari in
facie hominum quanto magis confundi debet
aliquid turpe committere ante conspectum domi-
ni. Bernardus. O homo quouis loco quouis diuer-
sorio quouis angulo qui te custodit ut
presente non facias que me uidente facere non
auderes ¶ Hic est magni consilii ange-
lus cui patens est omnis angelus. Et qui-
dam ait. Cum quid turpe facias quod me cer-
nente rubeas. Cur spectante deo non ma-
gis ipse rubes. ¶ Quociens igitur quando cogita-
cione locucione et opere delinquimus super-
ni iudicis oculos formidare debemus. Nam
si aliquando non appareant hominibus nostra mala illius
tamen oculis omnia nuda sunt et aperta. Et sicut
uidemus quod sol aspectu suo lutum desiccat
ubi autem lutum non aspiciat lutum habundat
¶ Sic quia homines dei presenciam non attendunt
putrescunt eum non aspicientes. Flagicia que com-
mittunt in peccatorum sordibus uitam ducunt.
psalmus. Non est deus in conspectu eius inquinate
sunt uie illius in omni tempore ¶ Quarto diui-
nus intuitus est lacrimarum penalium conductiuus.
Apocalipsis xix. Oculi domini in flamma ignis. Pec-
cator autem est peccati gelicidio congelatus et
instar glaciei frigidus et durus effectus
Et ideo sicut aspectus ignis glaciem lique-
facit sic diuinus respectus peccatorem in lacrimas
soluit. unde dicitur Luce xxii. Respexit dominus pe-
trum et egressus foras fleuit amare ¶
Quinto diuinus respectus est operacionis stren-
nue prouocatiuus. unde Boecius v. de consolacione. Ma-
gna nobis si dissimulare nolumus indicta
est necessitas probitatis cum cuncta agamus an-
te oculos iudicis omnia cernentis ¶ Do-
minus enim est sicut paterfamilias qui pro
eo quod operarios in uinea respicit eos magis
strenue operari facit. Ipse enim tanquam uineam
ecclesiam custodit. unde Ysaie xxvii. Ego do-
minus seruo eam et in psalmo. Oculi domini super
iustos. Iusti autem dicuntur non nisi operarii nam

non auditores sed factores legis iustificabun-
tur ¶ Quinto diuinus aspectus est spiritualis
fortitudinis collatiuus. ii Paralipomenon xvi. Oculi
domini uniuersam terram contemplantur et prebent fortitudinem hi-
is qui credunt in eum. Si enim planeta stel-
laque fixa uel erratica aspectu suo fortifi-
cat ut maioris efficacie et uirtutis existat
non est mirum si aspectus dei uirtuosissimus
dat lasso uirtutem et robur ministrat ¶ Sex-
to aspectus diuinus est infirmitatis anime sa-
natiuus. Ecclesiastici xi. Est homo marcidus quia
morbo culpe grauiter afflictus egens recu-
peracione quia bonis spiritualibus spoliatus deficiens
uirtute quia bene agendi uiribus destitutus ha-
bundans paupertate quia bonorum spiritualium ino-
pia perfusus et oculus dei respexit super illum
in bono quia aspectu suo morbum expulit et amis-
sam restituit sanitatem. unde dicit phisicus. Calabri-
us est auis colore candida cuius tactus est na-
tura quod si ad infirmum hominem fuerit adduc-
ta si infirmi uultum diligenter aspiciat uitam
significat. Si autem oculos ab infirmo auertat mor-
tem pronosticat ¶ Sic et Christus si oculo pietatis
peccatorem respiciat sanitatem eius non solum sig-
nificat sed causat quia si eum non aspiceret peccator
finaliter moreretur. Ideo dicitur Ecclesiastici xxxiiii. Ocu-
li domini super timentes eum et sequitur sanitatem
dans et uitam et benediccionem ¶ Septimus
diuinus oculus est ad regnum glorie productiuus
Iob xxxvi. Deus non auffert iusto ocu-
los suos et reges in solio collocat in perpetu-
um et illic eriguntur. Ad illud regnum
nos perducat qui sine fine uiuit et reg-
nat. Amen.

Similitudines
figure
& exemplum. 8 4 [illegible]

